

Heinrich Rahn Friedrich Müller

Disputatio De Crimine Laesae Maiestatis

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766230694>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.

216.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



7

FAVENTE CHRISTO
 DISPUTATIO
 De
CRIMINE
LÆSÆ MAJE-
STATIS,

Quam

Permissu Amplissimi Jctorum or-
 dinis in inclitâ Academia Rosarum

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi & Consultissimi VIRI

Dn, HENRICI RAHNEN,

J. U. D. & Prof.

Ventilandam publicè proponit

FRIDERICUS Müller/

Berolino-March:

Aut: & Resp.

In Auditorio Majori ad diem 5. Aprilis horis à
 Septima matutinis.

ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.


ANNO M. DC. XXXVII.

HAVENTE CHRISTO
DISPUTATIO

CRIMINE
LASSAE MAIE

EST ATIS

Terminis Amplissimi



Dr. HENRIK RANNEN

L.D. 1870

Präsidenten

FRIDERICUS SILLIUS

Berolins-Museum

1870

Institutione

ROSTOCK

Imprimatur

ANNO 1870

7
SERENISSIMI AC POTENTIS-
SIMI SEPTEM-VIRI BRANDENBUR-
gici, &c. Domini mei Clementissimi,
CONSILIARII
INTIMI ET GRAVISSIMI
VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Serenissimi

**Dn. SIGISMUNDE à Gōsen/
in Hermerstorff / Rosenthal
& Pinnow.**

*Cancellarie plus quàm meritissime & Præfecte
Districtui Grambjow.*

**Dn. LEVINE à Knesebel / in
Tielsen / & Berckenswerder / Præfecte Distri-**
ctibus Jossen & Trebbin gravissime,

Dn. BALTHASAR à Bruñ / in Bruñ.

**Dn. SEBASTIANE Striepen /
Secretarie investituræ dignissime,**

*Dn. Evergetæ, Patroni ac Promotores æternùm colendi
& omni observantiæ cultu amplectendi.*



I quid fuerit, quod jam olim
crebram exercitationē postula-
vit, virtutem animi fuisse, cuiq;
fatendum erit. Juvenum Roma-
norum in Martio Campo quàm
frequens ludus pila quâ pagani-
ca, qua trigonalis fuit. Hujus e-

A 2

rac

HEREDITARIII

rat usus vel maximè in dextræ lævæq; juxta agilitate
ac corporis motu. ut aptè pilam jacere atq; excipere,
modò incurrere possent, modò excurrere. Ex his pa-
riter, ut sudem torquere, equum agitare, alii arma
tractare scirent; jaçtu exercebantur, cursu, jaculatio-
ne, saltuq; & cæstu. Tanta agitatio Græcos quoq;
vexavit, ut plures potius, quàm pauciores ludi iis
perpetui essent, in quibus multum jaculando, equita-
do, certando, animi imperium, corporis servitium ex-
ercebantur. Quantum exercitij Persarum juvenes
in rem militarem impenderint, ex eo elucet, quod
non, nisi sudore prævio, cibum sumere auderent.
Cæterum locis in occultis ac abdita parte ædium,
hæc negotia non gerebantur, sed se conspici dam ta-
le facinus faceret, quisq; properabat. Post Romana
juventus cæteræq; Gentis simulac belli patiens erat,
in castris per laborem, usu militiam addiscebat: ma-
gisq; in sudore, quàm ignaviâ; in prælio, quàm otio
voluptatè habebat. Igitur talibus viris non locus ul-
lus asper erat, non armatus hostis formidolosus: Vir-
tus omnia domuerat. Hujusmodi exercitatione sum-
mi evaserunt bellatores apud Romanos Scipio &
Julius Cæsar, qui industriâ eò pervenerunt, ut pro-
aris & focis feliciter cum hoste confingerent, fasces
Imperij tuerentur. Miltiades & Themistocles re-
militari diu exercitati patriam Atheniensium dis-
crimine ruinæ explicabant, clariq; & æterni habe-
bantur. Hæc virtus Cyro satis exercitij, parum ne-
gligentia antè injunxit, quàm ei longè maxima fue-
rit. Verum non omnes eandem virtutis viam vise-
bant, ut in castris vitam degerent, sed alii aliam se-
queban-

7
quebantur, & à militiâ procul ætatem agebant, quò
in scholis virtutē indagare haut frustra possent. Quā
quoq; non secordiâ, non desidiâ adspirare valebant:
à primâ ætate multum audire, plus imbibere, de ma-
ximo doctos consulere necessitas illis erat: omnia-
que & scriptis & verbis revolvere eos oportebat.
Tali progressu, & primæ indolis experimentis à cau-
sis Centumviralibus auspiciatis, fama tandem quæ
virtutis, quæ dignitatis apparebat. Catonem, Cice-
ronem maximè prius laborare utroq; in genere &
dicendi & disputandi omnes vident, antequam ma-
gni eos magnus quisq; fecerit. Quem virtuosum,
Imperatores nostri partem sui corporis fore volue-
runt? Quem patrem? Quem amicum? nisi eum cui
labor non insolitus, nec exercitatio incognita antea
fuit. Apud Græcos Aristoteles & Plato omnibus
quidem virtute & gloriâ cari fuerant, omnes tamen
prius vigilando, laborando anteivère. Sed ut redu-
cam ad id, quod sentio; ubi ego mente agitavi qui-
bus rebus virtutem adipisci possem, tandemq; vel pa-
ce, vel bello clarum fieri licere, vidi; in aræ Studio-
forum descendi, & exercitia concupivi visere. At ut
ne cassus miles Minervæ viderer, & visitandi magis
quàm exercendi causâ adesse, ipse certamen, si ali-
quantillum valerem, inire decrevi; non ut hastam
cum parte juventutis Romanæ in campis vibrarem,
sed pro tenuitate ingenioli mei cum cæteris in Aca-
demijs calamum temperarem; non ut in adversariū
callidè & sæviter incurrerem, sed de boni & æqui
arte cum quodam amicissimè & leviter colloquerer;
non ut me præclaro facinore tentarem, sed opere

quàm maximè levè exercerè. Quamquàm igitur hoc
levidense exercitiũ est, tamen quorundam nomẽ sibi
inscribere audet. Romanæ juventuti non aditus
erat ad forum VIRI præclari, summæ autoritatis,
sublimisq; eruditionis, nisi favore magno magnoq;
patrocínio adhiberetur. Sic & hoc non sui, non
autoris, sed humanitatis horum fiducia fretum pro-
diit, quæ adeo illis est, ut virtuti incumbentes an-
tè fovere soleant, quàm emeritis congratulemur.
Igitur V O S, V I R I Magnifici, Nobilissimi,
Strenuissimi, ut ne hæc paginulas vobis consecra-
tas valore pluris quàm intentione, quâ pollent, æsti-
metis; neq; in me clientem patrocínium imploratũ
vestrum pondere levitati hujus laboris æquiparetis,
sed ut eodem, quem literatis omnibus præbere ama-
ris, favore & patrocínio stipatus evadam officiosis-
simè oro, obsecro. D E U M ter optimum terq; maxi-
mum suppliciter implorans, ut vestram vitam, ejusq;
integritatem Principis Serenissimi saluti, instauran-
dæ patriæ vacillanti ac literatis evahendis diu diuq;
sueatur incolumem.

M. M. & N. N. V. V.

Observantissimus

&

Officiosissimus

Ex Muséo Rostoch: 15. Aprilis

Anno 1637.

FRIDERICUS Müller/

Berolino-March.

ΣΥΝΘΕΣΙΣ
PRÆFATIO.

Raclaros virtute bellica Principes habere patriam
 terest: Horum enim presidis insignia imperij muni-
 ta sunt; his aurea pax tandem reducitur; Sacra per
 hos ac profana recuperantur; injuria reponitur. Quibus re-
 gnum Romanorum excelluit temporibus Narsetus commoda
 Reip. propugnantis acriter: Scipionis inimicitiam, crudeli-
 satem, hostemq; bellicosum longè à patria propulsantis pruden-
 ter. Ejusmodi Viro regnum Israëliticum liberatum, restitutum
 pristina conditioni fuit, Judà Macabæo, qui fasces imperij, li-
 bertatem, fratres, divina ac humana omnia ex manibus im-
 piis eripuit animosè; illorumq; jacturam majoris quàm vita
 sue, pro ijs mortem subire minoris, quàm effugere, estimavit
 intrepidè. Illa igitur, quibus nec Narsetes, Scipiones, nec Mac-
 cabæi sunt, Civitates & Resp. sapius impendentem mutatio-
 nem agnoverunt, alteriusq; imperiũ ac superbiam gustarunt.
 Cui fortuna regimen Numidarum objectatum erat, Rege A-
 therbale, cui nulla vera erat virtus in hostes, nulla pruden-
 tia, pro his vecordia ac ignavia inerat. Verum maximè il-
 lud regnum in perniciem incidet & jam jam evanescet, cui
 desunt Principes justitiã excellentes, adsunt justum ac æquum
 flocci habentes. Justitia enim est unicum incrementum, uni-
 cum fulcrum Reip. unicum adjumentum, quod utroq; tempore
 prodest, & domi & foris; quã elapsã, uti superficies, omnis
 Resp. collabitur. Magna nobis copia est memorandi, qui Re-
 ges, qui populi iniquitate aut libidine regno ruinam clavi-
 busq; imperij pepererint. Nam Roma (ut de quibusdam con-
 stet, si de omnibus dici nequeat hac in brevitate) primo intui-
 tu minùs copiosa in decumanas, adjuvante justitia, tribus ex-
 crevit, satis ampla, satisq; magnifica facta brevi fuit. At
 postquam, ejectã justitiã, fidei, probitati, pietati, ceterisq; vir-
 tucibus ambitio, avaritia, libido, omniũq; flagitiorum cetera

pra-

Cic. 1. off.
 & pro Mur.
 Plat. lib. 5^a
 de 11.

Salust. de
 bell. Ju-
 gurtib. & in
 orat. d. rep.
 ordin.

Paul. Dia-
 con. lib. 18.

d. gest. Rom.
 Lib. lib. 53.
 & seqq.

1. Maccab.
 c. 7. 9.

Salust. in
 bell. Jugur.
 c. 13. 21.

Cic. 3. d.
 Nat. Deor.

Dionys.
 lib. 52.

Senec. 1.
 d. de ment.

Cic. 1. offic.

Salust. in
 bell. Car-
 lin. c. 10. &
 seqq.

præponebantur; conjurationes facinorosorum in sequebantur, & intestina bella, in quibus mucro innocentis æque ac nocentis latus petebat, Resp. deniq; tota ferè exterminabatur.

Tacit. 23
4. annal.

Tiberius Nero primo imperij sui quinquennio regnum Romanum bene constitutum firmum reddidit, ubi justitiam equâ lance distribuit; & æquitatem de se recedere noluit. Ast ubi sequente novennio libido ipsius regnavit & modò æquum iniquum, modò hoc illud dixit, in speluncam latrociniorum, in occasam Remp. commutavit. Bellum sine eâ semper iniquum, immane & cuius calamitosum fuit: quod sevicia exercitus Syllani quâ in victos quâ in Amicos ostendit; quam alij miserati sunt, pars inaudiverunt; pleriq; cognovere, simul, quæ fuerit illa, quæq; omnibus indistincte acciderint, enumeravere; oppida, regiones deformatas, agros circa laceratos, ades devastatas, divina cum humanis permista, famâ, pudicitia, libris, patriâ atq; parentibus cunctos mortales spoliatos; pro his incendio, cadaveribus, sanguine, luctu, gemituq; omnia completa fuisse. Nec unquam hoc modo faustum processit sed adversarius imbecillis feroces hujus partis animos effæminavit, & in fugam convertit: Si verò in bello justitia habebatur adjutrix; bellum tunc erat pro patria, pro libertate suæ hostiumq; vitæ juxtâ parcenao concidere; victoria & letitia per omnem exercitiū agitabatur; parva manu maxima hostiū copia perfundebatur; tunc hostis arma à victore avertebat, salutem in fuga sperabat. Cum igitur justitia maxime appareat in judicijs publicis, quibus corriguntur mala; bona propagantur; hac vice discursum quendam de quibusdam illorū & quidem de primarijs movere nobis placet. In tres vero partes illa partiamur, quarum prima tractet de crimine læse Majestatis, altera de Homicidio, tertia & ultima de Adulterio. At ut nostri conatus decenter progressum habeant, supplices mittimus preces ad Deum ter optimum terq; maximum, ut nobis clementia sua & benedictione adesse velit.

Anton. d.
Guebar. in
Horolg.
Princ. lib. 1.
c. 2.
Sallust.
Bell. Catia
lin. c. 11.
Sc. 77.

Anton. d.
Guebar. in
Horolg.
Princ. l. 1.
p. 26.

THE-

7
 T H E S I S I.

Inter publica iudicia, de quibus in ff. lib. 48. C. lib. 9. Inst. lib. 4. Lex Julia (a) Majestatis (b) primo loco ponitur, quæ maximè in subditum (c) animadvertitur, qui (d) contra summum (e) Principem, vel statum Imperij (f) aliquid aut effectum aut conatum (g) machinatur.

(a) Hujus legis autor fuit Julius Cæsar; Cic. Phil. 1. qui, cum videret sæpè fuisse quosdam contra Remp: & adhuc esse contra Principem, & licet tandem veteres animadverterint in eos, uti ostendit exemplum Lentuli, Cethegi, Statilij &c. apud Sallustium lib. 4. bell. Catalin. plurimum tamen disceptatum esse, utrum illi morti essent subjiciendi, an perpetua servitute afficiendi; Sallust. in bell. Catal. c. 51. 52. hoc iudicium, quod & antea publicum fuit ex L. Corn. Syllæ Dictatoris, Marcell. lib. 19. confirmavit & durius proposuit, ut ab hoc crimine abstererentur omnes, & regimen in quiete maneret; quippè ex malis moribus bonæ leges procreantur, Macrob. 2. sat. 17. Cum quo Taciti illud 1. annal. usu probatum est leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Illam licet Cæsar fecerit, Antonium tamen primum ex actis Cæsaris protulisse, testatur Tacitus lib. 1. Cicero Phil. 1. & Paulus. lib. 5. sent. c. 29. Legem autem Juliam appellarunt Romani ideo, quia in usu habebant, ut illud, quod saluberrimè à quodam erat introductum, ab eodem nomen acciperet. Hujus rei Exempla habemus apud probatos autores & in jure nostro quam plurima: quorum quædam breviter recensemus. Lex Hortensia ita dicta fuit, quod lata erat ab Horatio eâ tempestate, quâ plebs in montem Aventinum propter Decem-Virorum tyrannidem secessit: Liv. lib. 3. decad. 1. Paulo post Lex lata fuit ab Hortensio Dictatore, qui per illam Plebem, propter alienum æs, secessam in montem Janiculum, sedabat. Gell. lib. 15. c. 27. Justinian. in §. 4. Inst. d. jur. N. G. C. Idem & magis egregiè dicitur de vocabulo FORI, quod analogiam trahat à PHORONEO Rege Ægyptiorum: qui cum justissimus, virtuosus ac humanissimus fuerit, & primò Leges egregias Ægyptijs dederit, post ad Romanos illas transtulerit, summo honore & in vita & post vitam à Romanis præditus fuit, adeo, ut non tantum nomen sub nomine ejus indicato per Characteres PHOR. DICT. L.

B

(quasi

(quasi Phoroneus Dictator Legum) cuderint, verum etiam æquif-
simum ac optimum jus, FORUM, in laudem honoremq; PHO-
RONE I appellaverint, referente Antonio de Guevarra in *Epist.*
part. 1. pag. 7.

(b) Subaudiendum minutæ, ruptæ & læsæ. *Contr. ad l. 1. ff.*
h. r. Sumitur autem vocabulum Majestatis aliquando improprie
aliquando proprie. Improprie, cum tribuitur vel Prætori, *l. pen. ff.*
d. 7. & 7. l. 9. ff. d. jurid. vel Senatui, *Plin. 8. Ep. 6.* vel Consuli,
Cic. in Pison. & Philip. 1. vel quod majus est, suavi & gravi Ora-
tioni, *2. Rhetor ad Heren Cic. in Lelio* vel loco Honorifico, *Liv. lib.*
1. vel viro virtuoso ac laudabili: *Valer. Maxim. 2. c. 5.* Proprie vero
hoc loco Majestas dicitur summa quædam & perpetua reverenda
potestas, dignitas, amplitudo superioris ac sanctioris alicujus, di-
cente Bodino *lib. 1. de Rep. c. 8.* & Arnifæo *de jure Majest. lib. 1. c. 1. n.*
6. Deducitur vero hæc à Magnitudine, ut inquit ipse Festus; cum
quo consentit Cicero. in *Partit. Orat.* cum ita inquit: *Majestas est*
magnitudo quædam populi Romani, vertiturq; in Imperio & omni po-
puli Romani dignitate: item *lib. 1. de invent. c. 3.* *Majestatem mi-*
nuere, est de dignitate & amplitudine, aut potestate populi, aut eorum,
quibus populus potestatem dedit. aliquid derogare. Estq; duplex Divina
& Humana: De illa ut in fine agamus instituti nostri ratio requirit;
Hæc tribuitur rectè illi, qui summam perpetuamq; in subditos habet
potestatem. *Bodin. dic. loc.* Hanc ipse Imperator Justinianus in *l.*
16. in fin. C. de judic. & l. 12. pr. C. d. ll. vocat Imperialem Majestatem,
& Arcadius in *l. 14. C. de re milita.* augustam Majestatem deno-
minat, germ: *Kaysersliche Hoheit.*

(c) Quamquam semper Majestas læditur, si is offenditur
sive à subdito, sive ab extraneo, cui illa inest; procul tamen dubio
non eodem gradu & æquè proprie peccat atq; ille, qui proprium
Principem offendit. Hinc Seneca: *Non ages mecum Reip: læsa, si*
Senatorem Atheniensem occidero, sed cadis. Solus igitur subditus, qui
in suum Principem, cui juramento est obstrictus, lævit, crimen
læsæ Majestatis committit juxta textum in *Clement de sent. & re*
jud. c. 2. §. deniq; licet, ac juxta Exemplum militiæ; ubi solus miles
in jus militare incidit, si resistit ducibus suis, non vero extra militiam
constitutus, si eorum dictis cõparere nolit. *arg. tot. tit. ff. de re milit.*

Hanc

7
Hanc sententiam communiter D d. defendunt. *Gacil. lib. 2. de pãe. publ. 13 n. 19. Roland. Conf. 4. lib. 1. n. 1.* Hinc concluditur Vasallum qua Vasallum offendendo Dominum feudi non committere crimen læsæ Majestatis; non n. est subditus licet forum ratione feudi coram illo sortiatur; c. 6. 7. *Extra d. for. Comp. Vid Gacil. d. c. 13. n. 19 & 29. lib 2 de pignor.* Clericos verò hoc crim n committere in principem secularem, ac proinde ab eodem i.e. principe pãnis subijci posse, non dubito, cum subditi ei sint ratione domicilij *arg. l 7. C. de incol.* nec jurisdictio privilegiata seu exemptio jurisdictionis faciat, ut quis desinat esse de Imperio & dictione Principis; c. ult. §. 1. d. offic. *dela in sexto* quod magis confirmant ipsi textus juris Divini *ad Rom. 13. v. 1 & Pet. 2. v. 13* ubi particula quisquis, reperitur, quæ omnes omninò includit. Hanc sententiam satis illustrare possumus Exemplis quibusdam. Primùm enim apparet *in c. 23. de sentens.* Ubi Sacerdos pro eo, quod se filium Regis falsò nominare conatus est, & armis acceptis seditione facere & gverram, à B. Comite jussus est sustigari: qui postea ejus mandatu traditus patibulo expiravit. Sic Desiderium Episcopum Viennensem ob factionem jussu Theodorici Regis Franc; lapidatum esse, refert Aimon *lib. 3. d. gest. Franc. c. 91.* item Monachos Franciscanos Majestatis læsæ reos in Angl. à ultimo supplicio affectos, recenset Greg. Tholos. *lib. 35. c. 2. n. 9* Polyd. Verg. *lib. 21 Hist Angl.* Quam tamen sententiam imitari posse putat Bachovius *ad Treutb. Vol. 2. disp. 32. Th. 1. lit. d. in fin.* ita, ut ratione exemptionis à jurisdictione non eodem gradu crimen hoc committi posse videatur.

(d) Cum Ictus Paulus in *l. 1. ff. d. v. 5.* declaret, quid sit verbum, SI QUIS: nimirum quod illud & masculos & fœminas complectatur: idcirco & nos ita verbū illud hic accipi volumus; quia Ulpianus expressis verbis hoc asserit in *l. 3. ff. d. bon. damn. Quinq; ll.:* ait, *damnata mulieri dos publicatur: Majestatis, vñ publicæ, &c.* Quamvis autem fœminæ parcendum sit, ob imbecillitatem & fragilitatem sexus, secundum verba Gryphi apud Justinum *lib. 33. à nullo unquam majorum suorum inter tot bella domestica & externa post victoriam in fœminas sevitum, quas sexus ipse periculū bellorum & sevitia victorum eximat.* Tamen, quia pessimum per hoc faciunt, nec malevolus animus illarum, lenitate poenæ ad

B 2

melio

meliores fruges reducitur, competente poenâ puniri debent, p
fertim quia ex eadem ratione, ex qua mares in Majestatem delin
quunt. *Scip. Gentil. l. d. Conju. c. 5.*

(e) Quales fuerunt olim Reges, & hodie Imperator no
ster. § 3. *J. d. jur. N. G. C.* Apud Romanos summam potestatem
seu Majestatem primò Reges habuisse scribit *Tacitus l. 1. ann.* cui
assentitur *Sallustius* cum dicit *in bell. Catalin. c. 2.* Igitur initio Re
ges (Nam in terris nomen imperii id primum fuit) diversi: Habebant
enim potestatem legis universis civibus dandæ; (quod primum ac
præcipuum Majestatis jus est. *Bodin. l. 1. p. 240.*) Romulus enim
qui primus Rex fuit, Legem de prodicione sancivit, ut omnes, qui in
Reges ut summos Magistratus & secundariò in Remp delinque
rent, punirentur. *Diony. Halicarn lib. 2.* Et L. de non violandis mu
ris, cujus vigore omnes capite plecterentur, qui muros transcen
derent. *Pompon. in l. ult. ff. de Div. rer.* Ex quibus satis pro
bare possumus jus leges dandi Reges habuisse, & extremam pro
vocationem, uti argumentari possumus ex *Pomponio in l. 2. §. 14.*
ff. d. O. I. qui tamen, ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent,
lege cautum est ut ab eis esset provocatio &c. Et consequenter Maje
statem. Post ubi credulitate & libidine Regum imperia in Tyran
nidem degeneraverant & invisâ populo, Reges extirpati sunt, no
menq; eorum deletum ob subditorum odium, *Liv. lib. 8.* quod per
tinax est malevolentia. *Reusner. in Symb. Imp. p. 29.* Exactissime Re
gibus & converso statu Regio, seu Monarchico, populo placuit
status Democraticus, ac inde sibi Majestatem reservavit, tempora
lem Magistratum ac ambulatorium constituit, & custodiam sal
tem majestatis quibusdam commisit: *Fenestell. c. 1.* Quod satis con
firmat *Cicero pro Rabin: Imperium est penes Magistratum, auctoritas*
penes senatum, potestas penes plebem, Majestas vero penes populum: &
Sault: in bell. Catalin. c. 6 Immutato more, annua imperia, binosq;
Imperatores sibi fecere; Quem fortasse statum considerat *Ulpianus*
l. 1. ff. ad lul. majest: Cum crimen majestatis, in populum commit
tere respondet. Hinc Dictator nominatenus Rex erat reverâ au
tem Curator & commissarius cui curam belli gerendi, seditionis
pacificandæ, poenæ capitalis in cives inferendæ, magistratum cre
andorum, & Remp. bene gubernandæ, populus per Consulem in
Electio.

7

Electioe demandabat. *Liv. lib. 2. Rosin. lib. 7. Antiq. Rom. c. 17.*
Non igitur pnes ipsum erat majestas; cum nemini majestatem,
nisi perpetuam ac summam habenti, tribuamus cum *Bodino: lib.*
1. d. Rep. c. 8. p. 128. At Dictatoris potestas summa quidem erat,
sed non perpetua, ultra enim sex menses regulariter non durabat.
Polyb. lib. 3. Rosin. d. c. 17. Nec jus non provocandi, quod maje-
statis est, *Bodin. c. 20. p. 251.* possidebat, ut recte ab exemplis infer-
ri potest *Fabii Maximi & Servii Galbæ*: quorum prior cum contra
jussu Dictatoris dimicasset, à *Papirio Dictatore* damnatus ad po-
pulum, qui per tribunos judicare solebat, appellavit, & liberatus
per eum sententiâ fuit: *Liv. lib. 7 Hist.* Posterior autem Majesta-
tis accusatus, & à *Catone* capite damnatus, à populo absolvebatur.
Verum enimvero Democratia hæc mutata fuit ternis vicibus
P R I M ò in Obligarchiam, in cujus statu Decemviri omnium sum-
mam potestatem rerum ad se, cæteris exclusis, trahebant, & impo-
tenter dominabantur ac crudeliter; Singuli enim cum singulis
conjuratiorem de occupanda Rep. fecere, inter se communem con-
sensum habuere, post peracta sacra solennia insigniis regis pro-
divere, ac cuiq; duodecim fasces ac secures, quod jã olim in defue-
tudinem & prohibitionem venerat, proferri, mandavere; insuper
Zonam virgini *Virginii* violenter solvere conati sunt, ac ansam
cædi dare, dum, ne alienæ malitiæ esset libidini, filiam ipse *Virgi-*
nus interficiebat cultro arrepto. Cæterum fama tanti facinoris,
tantæq; libidinose potestatis per omnem Romam, Romanumq;
exercitum divulgata. Inde milites cæteraq; plebs pugnans, reli-
ctis ducibus pristinis, in montem *Aventinum* signa transfulerunt.
Ideoq; jussu populi Decemviri damnati sunt tertio anno à die eo-
rum originis, & ex iis pars in carcere (uti mos erat *Salust in bell.*
Catal. c. 55.) necati, cæteri q; octo in exilium abierunt; & hisce ex-
terminatis Resp. statum suum recepit. *Dionj. Halicar. lib. 2. &*
Pompon. in leg. 2. §. 4 ff. d. O I. Plin d. vir. illust. c. 21. in Virgin Præter-
lapsis aliquot P O S T annis *Sylla* potestatem dictatoris ad se trans-
ferebat, adeo ut in octuaginta annos contra ius ac L L. Romanas
Dictator dictus esset adjuvante *L. Valerio Flacco*, cujus ope lex
quoq; ferebatur ut omnia, quæ *Sylla* faceret, firma ac rata haberen-
tur. *Diony. lib. 5.* Quã igitur stante, *Sylla* acerbe crudeliterq; & ad

B 3

pro

proprium commodum invitis alijs usus est Dictaturâ, ac sic secundum definitionem Aristotelis *lib. 3. pol. c. 5.* in Tyrannidem statum Imp. convertit. Ipse tandem postquam ultra centum millia hominum occidi iusserat, Senatores nonaginta, Consulares quindecim, Equëstris ordinis duo millia & sexcentos; sanguine satur civili sponte se abdicavit. *Plutarch:* redit sic iterum Resp. in priorem statum.

TERTIÒ popularis Reip: status in Monarchiam, ut temporibus Regum erat, conversus est à Julio Cæsare, qui primus erat perpetuus Dictator, obtinebat maiestatem & Sacro sanctus habebatur: quem honorem Imp. Justinianus *in l. ult. Cod. l.* his verbis exprimit. *Quid enim majus, quid sanctius Imperiali maiestate.* Hoc Cæsare interfecto à Conjuratis in Curia Pompeii, ejus sororis filius Octavius in eandem dignitatem & potestatem succedebat, qui omnia, quæ Imperatori competeabant, confirmata habebat & alia adhuc addita, inter quæ erat ut Octavium cognomine singulari & ampliore quisq; ornaret & Romulum, tanquam conditorem urbis, vocaret. Ne verò in suspicionem Regis incideret, temperatum cognomen fuit, ut potius diceretur Augustus, *Dionys lib. 53.* à quo omnes hodiè Imperatores & nomen Augusti acceperunt: Hoc enim cognomine omnes successores dicebantur; Tribunitiâ potestate donabantur; Pontifices Maximi creabantur; & Patres Patriæ appellabantur, inquit *Dion: lib. 53.* Omnem igitur potestatem & Maiestatem populus, quam penes se habebat in Imperatores transtulit, quod non modo ex supradictis satis constat, verum ex ipsa etiam L. Regia apparet, cujus fit mentio *in l. 1. de Const. Prin. & §. 6. in d. jur. N. G. C.* Quippe Populum si in aliquem ut curatorem summam potestatem transtulerit, Maiestatem non contulisse censerit, sed sibi reservasse, docet *Bodin. lib. 1. c. 8. p. 128.* Sin verò sine Legati vel curatoris aut similis appellatione irrevocabiliter alicui concesserit, summam ac perpetuam potestatem ac proinde maiestatem ipsi contulisse videri: At populus Romanus irrevocabiliter summam potestatem in Imperatores intulit per L. Regiam, cuius verba sic sonant: *populus Ei & in Eum omne imperium suum ac potestatem concedat:* quæ formula fuit loquendi, quâ populus, ad ostendendam prolixè voluntatem summæ pote-

7
potestatis concedendæ usus fuit. *Bach. in d. §. 6. 1. n. 2.* Ergo populus
majestatem in Imp. contulisse intelligitur. Eamq; legem licet
August. dolis ac fucis operaretur *Syer. c. 18.* tamen nunquã sustulit
populus Rom. sed potius in omni Electione Imperatoris confirma-
vit suo cõsensu, quem adhibuit vel per se, vel per Senatũ vel deniq;
per Episcopum. Nam Imperator, si à Legionibus eligebatur, à popu-
lo confirmabatur, ex cujus approbatione Imperator tum erat; Uti
Athénienfes quoq; perpetuum Imperium Miltiadi à militibus suis
datum confirmarunt *Corn. Nep. d. Miltia:* Idem jus approbationis
populus Romanus habebat iis temporibus, quibus Imperatores
Constantinopoli habitabant, ut Electionem, quæ facta erat ab iis
civibus, qui Constantinopoli habitabant approbare, ut ex Electi-
one foeminae Irenes Leonis conjugis constat: Quæ licet suffragiis
eorum, qui habitabant Constantinopoli electa esset, tamen popu-
lus Romanus, qui non consentiebat, repudiavit eam ac voce Leonis
Episcopi sui Carolum Magnum Imperatorem Romanorum decla-
ravit, Augustum publicè proclamavit, ac per manus Leonis dia-
demate coronavit. *Panom. c. 4. Johan. Garfeu. in Orat. d. Coron.*
Pontif. Elect. Rom. Imp. Palatin. in vit. Leon 3. Hinc se nominabant
Imperatores non Constantinopolitanos, sed Romanos, uti ipse se
appellat Justinianus in *leg. 35. C. de. in off. test.* cum tamen esset
electus Constantinopoli *Zoan. tr. d. R. Imp. n. 254.*

Per cujusmodi Episcopi approbationem populus Germanorum
Electioni etiã post Carolum Magnũ semper consensit, cum Electus
à Germanis jus tantũ haberet secundum eorũ mores iis imperandi,
non autem Regis seu Imperatoris Romanorum titulum de se scri-
bere posset, nisi accederet approbatio populi Romani; quæ solen-
niter Romæ per Episcopũ peculiari Coronatione fiebat. *Schneider.*
in proem. 7. Unde postea Episcopus ille Romanus seu Pontifex sibi
potestatem in Imp. sumpsit; ut illum non tantum coronaret ex suo
arbitrio ac pro lubitu, sed & iuramento peculiari astringeret, non
amplius ut Episcopus populi Romani, sed ut dominus summus, cui
Imperator deberet obedientiã & subiectionem. *Sleid. lib. 2. circ. fin.*
vers. porro quod Maguntinus &c. Quæ de facto sumpta potestas ma-
ximè improbanda est cum *Sleid. d. loc. &* damnanda cum constitu-
tione Ludovici Bavari Imperatoris, cuius mentionẽ facit *Münster*
in Cosmog. l. 1. Von Deutschlande 24. p. 476. Matt Steph. de Jur. Imp.
Rom.

Rom. lib. 2. part. 1. c. 1. n. 124. cum præter Imperatorem superiorem non agnoscamus, nec ulli nisi Imperatori potestatem summam ac majestatem tribuimus; *arg. Luc. 12. v. 4. & Joan. 18. v. 36. & Joan. 6. v. 15. Gom. ad 5. quædam l. de act. n. 35. Vasq. illust. contr. 9. 20. n. 1. 2.* nec proinde in Papam Crimen Majestatis committere possumus. *Theodor. in colleg. Crim. disp. 5. th. 5. lit. h.* Contrà in Imperatorem nostrum committi Crimen læsæ Majestatis non tantum patet ex præcedentibus, sed etiam ex Extra vag. Constit. Henrici VII. lib. 3. Contra Romanorum Imperatores vel Reges, & ex tit. 24. Aureæ Bullæ: Non enim agnoscit in his terris superiorem; quod suo iudicio Alphonsus Rex Aragoniæ & Neapoleos sapientissimus approbavit; dum Fridericum III. Imperatorem, cum Neapolin venisset aliquando, summo cum honore recepit, honorificè tractavit, & aulicis suis, qui reprehendere eum audebant, quod Imperato em tantâ observantiâ dignabatur, respondit, dicens: Nos Reges debemus omni cultu reverentiæ Imperatorem Romanum tanquam summum Regem, caput & ducem Regû Christianorû prosequi *Besoldi in tit. de jurid. Imp. Rom. q. 6. in fin.* Unde quoq; vel ipso Bodino teste Imperator noster Principes omnes Christianos dignitate antecellit; *lib. 1. d. Rep. c. 8.* Immo ab ipso Turca & aliis Regibus & populis Monarcha salutatur & observatur, eiq; primæ attribuntur. *Petr. de And. de Imp. Rom. lib. 2. c. 8. Bernh. Zierli in Comment. de princip. inter ipsos dignit. prærog.*

(f) Quod sit cum quis hostili animo statum Reip. offendat eumq; vellere & in aliam formam transmutare nitatur de quo dicitur *in th. seq.*

(g) In Atrocioribus & abominandis delictis voluntatem seu conatum potius esse attendendum, quàm exitum, docet *Boer. decis. 316. n. 4.* Cum Scholâ Dd. ex Callistrato in *l. 4. ff. ad L. Corn. de siccar.* Si hoc verum est, sanè in hoc atrocissimo crimine læsæ Majestatis verum erit: quo non unus vel privatus, sed tota universitas & tot, quot in ea sunt, offenduntur; non homo simpliciter læditur, sed Deus quoq; & ejus ordinatio, dicente Spiritu sancto per Apostolum, *ad Rom. 13.* quia à D E O Regem accipimus, tanquam causa principali, *Eccles. 6. 10. v. 8. Proverb. 8. v. 15.* uti Tacitus quoq; *Principi*, inquit, *summum rerum arbitrium Dii dederunt, subditis obsequiis*

sequi gloria relicta est. Quod magis verba indicant, quæ ipse Rex de se profert. Wir von Gottes Gnaden/ &c. Ut hic attendatur conatus, requirit quàm maximè utilitas Reipubl; Si enim hoc crimen non provisione, ne perpetretur, impediatur, omnis tunc poena & coercitio incalsum erit: Quod bene Cato apud Sallustium in bell. Catall. c. 52. pr. his verbis exprimit: Res autem monet, cavere ab illis magis, quam, quid in illos statuamus, consultare. Nam cetera maleficia, tum persequare, uti facta sunt. Hoc nisi provideris, ne accidat; ubi evenit, frustra à judiciis implores. Et mox: Ne ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertat. In cujus sententiam Senatus quoq; discessit, & illos, qui conati sunt Patres, propinquos occidere ac Remp; evertere, Sallust. d. loc. c. 18. uti reos criminis Majestatis capite damnavit, Propterea Marcianus in l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. Majest; postquam crimina recensuit, concludit hoc modo: Quivè quid eorum, quæ supra scripta sunt facere curaverit: Quod Imp. Arcadius & Honorius in l. 5. pr. C. ad L. Jul. Majest; clarius reddunt, firmissimèq; constituunt: Vel cujuslibet postremo, qui nobis militat cogitaverit, eadem enim severitate voluntatem sceleris, quâ effectum, puniri jura voluerunt. Quam constitutionem & hodie in vigore esse, licet de generali consuetudine in aliis criminibus affectus non eadem, quâ effectus poenâ puniatur, testatur Farinacius. qu. 6. § 4 n. 147. Quid autem hic sit voluntas, explicat Imp. Arcadius in d. l. 5. C. ibi opponit voluntatem effectui: Atqui effectus tres habet progressus, nimirum cogitationem, quæ actus est mentis quasi se ipsam alloquentis internus; & voluntatem simplicem, quæ habet solum mentis assensum; & voluntatem proximam, quæ est actus externus, tendens ad executionem Voluntatis, quam D d. aliàs conatum vocant. Albert. Gent. lib. 2. Epist. 12. Jam verò cum opponat effectum voluntati, sequitur Imperatorem illud intelligere, quod medium inter effectum & voluntatem simplicem tenet, quod nobis est voluntas proxima seu Conatus. Constat inde Imperatorem Arcadium in d. l. 5. & ICrum Marcianum in d. l. 3. in verbo corandi excludere cogitationem & simplicem voluntatem, adeo, ut ea nullam mereri poenam possit in foro soli. In hoc non modo consentit Ulplanus in l. 18. ff. d. poenam dicit: Cogitationis poenam nemo patitur: Verum ipse etiam

C

Arca-

Areadius in d. l. 5. verbum *cogitaverit* seu *cogitationu* statim de voluntate explicat in §. fin. Constat: ne pœnam, inquit, patiat, qui re integrâ & nullo effectu secuto improbam machinationem detulerit. Ex quo sane apparet ipsum loqui non de solâ simplici cogitatione; *Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1. lit. h. ibiq; Bachov.* sicut Imperator Leo in l. 6. pr. C. de his qui ad Eccles. confug. in verbis *aut nuda saltem cogitatione atq; contractu*: non disjunctim loquitur, sed conjunctim. Hinc Catonem respondisse ita iis legimus apud Gellium *lib. 7. c. 3.* qui Rhodientes culpârunt, quod contra populum Romanum bellum movere voluissent: *Ignoscite quia id non fecerunt, licet facere voluerint neminem enim unquam qui mal. faciendi propositum habuit. at non tentavit, multari æquum permisit.* Contrarium tamen Senatam Paris. in praxi tenere recenset Bodinus *lib. 2. de Rep. s. p. 339. & 4. c. 7. p. 734.*

THE S I S II.

Est autem hoc duplex: Et crimen in specie perduellionis, & in genere crimen Majestatis: de hoc in subseq. th. dicatur: de illo hac vice tractemus. Est autem Perduellionis (a) crimen, cum quis hostili animo (b) adversus salutem Principis (c) ejusq; consiliarios (d) vel Reip. statum (e) machinari conatur: quod gladio (f) vindicatur, confiscatione omnium bonorum, (g) & conjunctim damnatione memoria (h).

(a) Veteres duellum pro bello dicebant, & duellare pro bellare, teste Var. Fest. inde composuerunt nomen perduellis; quo non tantum vocarunt, qui consiliis & opere patriam perdiderunt, authore Livio de *Cas. l. 2.* & de *Manlio Capitol. lib. 6.* verum etiam illum perduellem appellarunt, qui civem Romanum ut peregrinũ tractavit, illumq; ex L. Porciã & Sempronã puniverunt, secundum *Onufr. l. 2. de civ. Rom. p. 268.* Quod tamen ultimũ mutato statu democratico sine dabo in disuetudinẽ abiisse, putamus cum *Bacchovio in §. 3. J. d. publ. jud. n. ult.* & veteres antè appellationẽ perduellis in nomen hostis mutasse, ut lenitate verbi tristitiam rei mitigarent, dicimus cũ *Cicerone i. offic. quod qui, inquit, proprio nomine perduellus esset. ñ hosti vocaretur; lenitate verbi, tristitiam rei mitigante.* Quare, quos nos hostes appellamus eos veteres perduelles appellabant, ait *Gajus in l. 234. pr. ff. de v. s. & Ulpianus in l. 11. §. 3. ff. d. hi qui not. infam.*

7
infam. non solent, inquit, lugerit, ut Neratius ait, hostes vel perduellionis damnati. Sallustius hoc quoque refert, *d. bell. Catal. c. 36.* cum dicit: *Hæc tibi Romæ comperta sunt, Senatus Catilinam & Manlium hostes judicat & c. §2. in fin. alii intra mœnia atque in sinu urbis sunt hostes.* Retinere tamen Romani à perduelle deductam voculam perduellionis, eoque denotarunt crimen illud, de quo mihi in thesi sermo est, uti patet ex *l. ult. ff. h. t.*

(c) Perduelles esse & dici hostes jamjam notavimus. Hinc perduelliosis iudicio teneri dicuntur ab Ulpiano, in *d. l. ult. ff. h. t.* qui hostili animo aliquid agunt adversus Rem, seu caput eius. Hostilem animum hic ponimus, ut excludamus simulationem hostilitatis, quâ maxime subditi armis ex infortunio coacti, contra Principem jussu hostis suscipiunt, cum tamen à Principis parte stent, ut defendit Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. 3. c. 11. th. 3.* Qui ex Ammiانو expressum locum allegat de Juliano *lib. 21.* hujus sententiæ: *Residui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem necessitas egerat, non voluntas.* Idem producit D. odorus *lib. 25.* de Nicolao Syraculano, qui in favorem captivorum orationem hujusmodi verbis habuit: *Satii vi Imperantium adacti sunt militare: quare sicut par est eos puniri, qui data opera injuriam inferunt, ita æquum est ignosci his qui præter voluntatem suam peccant.* Ex his ergo cum Politicis concludimus, parcendum esse subditis, qui peccant in principem ex sola coactione hostis Imperantis, quia secundum Ciceronem pro *Quint.* Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sapius cogitant quid possint, cujus in ditione ac potestate sunt, quam quid facere debeant. Voluntatem verò hostilem, ut ad rem redeamus, in eo videmus, qui, vel insidias vitæ Principis instruit; arg. *l. 3. in fin. ff. h. t.* Qualis C. Cassius fuit, qui Caj. Julium Casarem in Curia Pompeij tribus & viginti vulneribus necavit: *Dion. Halicarn. lib. 23.* ejusdem farinae fuit Cassius Charea, qui Caligulam transfo-dit: *Dion. Halicarn. lib. 59. in fin.* Sic Bessus Regem Darium multis vulneribus confodit. *Curt. lib. 5. n. 13.* Vel seditionem concitat ad Rem: occubandam & turbandam; *l. 1. in fin. ff. h. t.* cujus accusatus fuit ac damnatus Catilina; *Sallust. in bell. Catil.* Vel rebellionem facit; ut Miltiades fecisse videtur, qui

C 2

Quum relictus cum cæteris à Rege Dario Persarum, ut pontis esset
custos, quem Darius in flumine Istro fecerat, hortari commilitones
conabatur, ut rescinderent pontem & obviâ Regi irent: *Cornel. Nep.
de Miltiad.* vel exercitum patriæ hosti dedit: *Cic. 3. d. Orat.* in quo
delicto reprehensus fuit Metius Suffecius, qui propositum habuit,
exercitum populi Romani Albanis tradere; quem Hostilius ante
effectum ejus propositi quadrigis alligatum discerpit. *Liv. lib. 1.
Dion. lib. 3.* Vel ad hostes transfugit *l. 2. ff. h. t. l. 3. §. fin. ff. d. sicar.*
Quorum Exempla innumerabilia in Historijs habemus Ex his ejus
etiam mentionem facit Cicero. *1. off.* qui à Pyrrho ad Romanos
transfugit: Vel concitat quem, ut declaret se hostem; *l. 4. ff. b. l.*
uti Narses concitaverat Longobardos, postquam officio cum in-
famiâ, quamvis sine merito, dejectus erat: *Ant. de Grevar. in Horol.
Princip. lib. 1. c. 16. n. 56.* Aut hostibus frumenta cæteraq; necessaria
suppeditat; *l. 4. ff. h. t. Vultej. jurisß Rom. lib. 1. c. 47.* vel deniq; qui ur-
bem seu munitionem hosti dedit: quod tripliciter fit: Primum;
Si dux cogitur fame urgentissimâ, aut impendenti ejus loci suaq;
juxtâ vitæ everfione ad deditioem; quo casu non committitur
crimen, sed coacti misereamur, ad Exemplum Didaci, qui ducem
suum Marcû Gutterrium Nobilem Hispanum deditâ urbe & arce, in
qua gubernator erat, libenter recipiebat; Postquam n: omnibus ac
singulis militibus in urbe amissis, arcem oppugnata Alphonfus
hostis occupavit, ac ducem Gutterrium semimortuum in eâ cepit,
curavitq; ut restitueretur, ac tandem salvum & incolumem dimisit,
cum promissis ipsum secedere & in suas partes trahere non posset,
pollicitationibus enim ita respondebat: *Abstine à me longissimâ. ô Rex,
ut capiam aliquid abs te. qui gloriam. qui honorem mihi eripuisti meum.
Erat gloria mea & æterna fama monumentum in arce mori, quod tu ut
riverem abstulisti. Ibo si permittis, ad dominum libens ut vitam adimat
volenti, quam tu dedisti invito, fecistiq; ne fidem præstarem quam bone-
stâ morte præstitissem.* Hunc, inquam, Ducem Didacus humaniter
recepit eiq; nihil imputavit, sed adversæ fortunæ omnia imposuit.
Ca: in Hist. Gall. lib. 1. Secundo; Si Dux ex perturbatione ani-
mi aliquâ, timiditate aut alio muliebri metu deditioem facit: Et
hoc fit ex culpâ, quæ quidem non est sufficiens ad hoc crimen per-
petrandum, tamen aliam pœnam præsertim de jure militari mere-
tur

tur: Talis casus anſam dedit, quod pecuniaria pœnâ Miltiadê Athenienſes affecerunt, quæ quinquaginta talentis æſtimata fuit, quod ſcilicet vanô metu & terrôre pecuſſus ſeceſſit cum exercitu de Pari Inſulæ oppugnatione, quæ tamen in eo reducta fuit, ut oppido poretur: *Corn. Nep. d. Miltiad.* Eandem pœnâ metuit Baſilius Mediolanenſis, gubernator Urbis Flaminie, ac propterea noluit Agnololacerrimo hoſti illam dederê, ſed deditis liberis ſuis, uxore, bonisq; omnibus hoc clamore coram hoſtibus occubuit: *Accipite ea que à Fortuna mihi obtigere, bona quæq; mihi auferri à vobis queunt: Ea vero que in animo meo reposita ſunt, in quibus gloria atq; decus conſiſtit, ego nec vobis dare, nec vos eripere mihi poteſtin.* *Ca: Hiſt. Gall. lib. 1.* Tertio; Si gubernator ex malo propoſito vel apertè vel ſimulatè hoſti munitionem dedit; quo ultimo casu crimen læſæ Majestatis perpetrari dicimus. Quales tres casus non modo Themistius in laudibus Valentis Imperatoris proponit & explicat hiſce verbis: *quid diſtet infortunium, culpa aliquid, & injuria: Et quomodo Regem deceat iſtius miſereri, hanc corrigere, poſtremam verò ſolam ulatione proſequi?* Verum etiam Martianus Jctus in l. ix. §. 2. ff. d. pen. ita exprimit: *Delinquitur aut propoſito, aut impetu, aut casu, quorum alterum ab altero ſecernere judicem oportet, ne durius aut remiſſius jura dicet.*

(c) De quo Principe hoc intelligendum ſit, declarat h. præſtit. e. Nunc quæſtionem movere poſſumus: An in Tyrannum crimen læſæ Majestatis committatur? Ut illam enodemus, Distinguamus inter Tyrannum qui eſt titulo, & eum qui exercitio talis. Ille eſt, qui ſine juſto titulo, aut vi, aut malis artibus Regnum poſſidet: uti erat Abimelech, qui 70. fratribus ſuis occiſis ſeſe regno inſeruit: *Jud. c. 9.* Eodem ferè modo Agathocles Principatus Civitatis potitus eſt Syracuſarum, quia omnem Senatam, omnesq; e populo Principales uno die interemit, faſcesq; ad ſe traxit: *Machiav. de Princ. c. 8.* Sic Jugurtha per magnam pecuniæ vim Romanos aggreſſus eſt, ut Getulorum magnam partem & Numidia uſq; ad flumen Muluchan adpiſceretur. *Salluſt de bell. Jugur.* Qui vero Tyrannus eſt exercitio, titulum quidem vel ſucceſſionis vel electionis legitime habet, tamen tyrannicè adminiſtrat: *Schônbor. Polit. 2. c. 37.* Exemplum hujus habemus in Nerone, Caligula & Caracalla.

Tacit. Sueton. Illam quod attinet, distingui iterum puto inter eum;
qui Regnum obtinet sola vi & armis sine ullâ datâ fide à subditis;
& eum, qui illegitimè putâ dolo & technis ad Imperium euectus,
consensu populi confirmatus fuit. Illi nihil promissimus; nec con-
tra fidem in eum delinquimus: Illi nihil tradidimus; nec contra
æquitatem in libertatem nosmet ipsos vindicamus: illi nihil deniq;
obedientiæ tribuimus; nec contra ius societatis patriam in valore
liberamus. Quare Tyrannicidam, qui talem Tyrannum è medio
sustulit esse excusandum, concludere videtur Schönbornerus Pol.
s. c. ult. & Grotius de jure bell. & pac. lib. 1. c. 4. th. 16. quia ex supra di-
cta ratione in tum licere videtur, quod in hostem licet, qui à quo-
vis interfici potest arg. ob. 2. C. quoad cui licet & c. ibid. Gothofred.
Hunc minimè exterminare possumus sine crimine læsæ majestatis,
maximè si Exercitio Princeps est: Grot. d. lib. 2. c. 4. th. 14. Nomen na-
ejus sine actu & effectu nihil mali introducit, Salvian. lib. 4. ac o-
mnè illius Imperium in consensu obedientium est. Liv. lib. 1. Sic oc-
cisores Julij. Cæsaris pœnâ affectati fuerunt, eorumq; uti Reorum
Majestatis ædes igni concremata; Trequill. lib. 1. de Cæsari. c. 49.
Dion. Halicarn. lib. 19. licet ille vi quasi ac fraude perpetuâ dictaturâ
acquisivisset. Dion. Quem imitatus fuit acquisitione Imperij Au-
gustus, qui militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine al-
liciebat, omnia officia fraude ad se trahens; Tacit. 1. annal. & tamen
consensu populi confirmatus, & uti Cæsar, Legitimus Princeps
erât. Quod bene recteq; paucis Phalarides Sicilia Tyrannus, cum
Philosophus quidam ex illo quæreret, cur Insulæ illius Tyrannidem
tam diu teneret, explicavit: Tyrannum, inquit, me vocas, quod hoc rei-
gnum occupavi & trigesimum secundum jam annum possideo. Ego vero
in occupando illo Tyrannum me fuisse fateor. At Tyrannum me vo-
candum nego, quod trigesimum secundum jam annum Regno potior.
Anton. de Gveva in Horolog. Princ. lib. 1. c. 1. n. 5. Qui Phalarides
allegavit titulum possessionis ex consensu populi s. tacito, præ-
scriptionemq; 30. annorum prætendit, & concludit præterea, se nō
esse Tyrannum nec consequenter à subditis sine crimine extermi-
nari posse. Cum quo consentit venisse Agrippa Rex apud Jose-
phum

phum in sermone ad Judæos, qui ob præpositum libertatis studium
reperit; Zelotæ dicti sunt, cum iis respondisset: *Intempestivum est
nunc libertatem concupiscere. Olim ne amitteretur, certatum oportuit.*
Nam Servitutis periculum facere durum est, & ne id subeat, honesta certatio. At qui semel subactus deficit, non amans libertatis
dicendus est, sed consumax servus. Et mox: *Honestum quidem est pugnare pro libertate, sed id olim factum oportuit.* At qui victi semel
sunt & longo tempore paruerunt, si jugum excutiant, faciunt quod desperatorum hominum est, non quod libertatem amantium. Quid dicendum sit de Tyranno exercitio, nunc videamus. De olutum ad
illum Diadema Imperij jure legitimo aut cum certâ clausulâ appositâ, aut simpliciter: illud fit, quando clausula in delatione Imperij à deferentibus adjicitur, ut si hoc vel hoc Princeps faciat, subditi obedientiam ei non debeant: Si igitur hic adversus promissa agat, poterint quidem certo modo certaq; ratione populus, seu proceres, qui solum tepra sestant impunè illi se opponere
Grot. d. jur. bell. & Pac. lib. 1. c. 4. th. 12. 14. licet non semper utile sit: Quia sæpius pax nobis cum civibus bello Civili utilior videtur secundum Ciceronem, & omnes rerum mutationes, eadem, fugam, incendia aliaq; hostilia portendunt secundum doctrinam Sallustii de bell. Jugur. c. 3. & juxta Exemplum Lacedæmoniorum, qui Tyrannum Nabidem percusserunt, cum aliter non opprimi posse viderent, quam ut in gravissimam ruinam Civitatem ducerent.
Liv. lib. 34. Tamen cuius privati ejusmodi Dominum proprio motu perimere non licebit, quia non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, inquit Paulus Jctus. in l. 176. ff. d. R. 7. Non igitur evitabit penam Crimini læsa Majestatis indictam; interim mitiori pena dignus forsan erit, qui læserit Principem hunc omnibus invisum & Reip: maxime noxium. Sed de eo qui cum clausulâ electus est & vocatus ad Regnum; sequitur nunc vocatus simpliciter & sine clausulâ. Hunc subditos neq; in universum, neq; singulos resistere posse probamus
ex jure

ex jure Divino & Politico seu Civili. Juris Divini testimonium profert David 1. Sam. 26. v. 9. dum dicit: Neminem innocentem esse qui Regi manus impias inferret. & ipse Samuel c. 8. lib. 1. recenset jus Regis; quod non intelligendum est de facultate honeste & juste agendi, cum longè alia ratio bene vivendi Regi præscribatur; Deut. 17. v. 14. nec quatenus hoc fieret de nudo facto, quia nihil in eo esset eximium, cum injurias etiam privati privati facere soleant, & resistere possint; sed per illud jus indicat Samuel quoddam factum Regis, quod effectum aliquem juris habeat h. e. non resistendi obligationem: Grot. d. jur. bell. ac pac. lib. 1. c. 4. th. 3. pr. Hoc repetit Spiritus S. per Petrum 1. Epist. c. 2. v. 10. hac formulâ: Regem honorate servi, subditi estote cum omni timore dominis, non solum bonis, & equis, sed & duris. Cum quibus satis convenit Politicum illud Livii lib. 27. Ut Parentum savitiam, sic patria patiendo ac ferendo leniendam esse: Et Taciti lib. 16. Annal. Ferenda Regum ingenia: & Hist. 4. Bonos imperatores voto expetendos, qualescunq; tolerandos. Autoritatem Pauli in l. ii. ff. d. J. J. ex Jure Civili seu humano adhibemus: Prætor, inquit, quoq; jus reddere dicitur etiam sum iniqui: dæcernit: quasi Jctus dicere vellet, pro jure esse habendum, quod facit magistratus, licet iniquum sit, & ei non resistendum, secundum Cajum Memmiam apud Sallustium de bell. Jugurth. c. 37. in fin. Impudè qualibet facere, id est Regem esse: & juxta illud vulgatum:

Indigna digna habenda sunt Rex qua facit.

Ideoq; ejusmodi Principem lædens aut interficiens majestatis erit reus. Schönh. Polit. lib. 2. c. 40. Grot. de jur. bell. ac pac. lib. 1. c. 4. th. 3. Verùm, rursus circa hunc casum distinctionem facere, absurdum non erit; an nimirum Princeps sit δύσκαλος h. e. aliquantum durus, immitis, & intolerabilis: an παγκάκιστος h. e. planè improbus, qui omnia agit pro libitu ac naturalia, divina & humana jura omninò negligit, cujus inde Imperium purum videtur latrocinium. Ad illum, quicquid hoc in casu diximus & ex duplici jure adduximus, referri volumus; Huic quis resistere potest itari non facile puniatur; sicut Judas Maccabeus Antiocho templum & vasis & cultu divino spolianti ac sine distincta sexus ac ætatis omnes necanti obviam ivit, uti prolixè lib. 1. & 2. Macab. legimus.

(d) Quera-

(d) Quemvis omnino laesum se reperire, dicit Seneca, si parte quadam laedatur. Quale exemplum habemus in patre & filio, in marito & uxore, quorum uni si inferatur injuria, & alteri illa reputatur. §. 2. *J. d. injur.* Sic quoque Princeps, seu Imperator cum Consiliariis ita se connexit, ut partem sui corporis eos esse profiteatur, l. 5. *C. ad L. Jul. Maj.* ac propterea illum, qui eos laeserit, se ipsum laesisse, velit. d. l. 5. Hoc tamen non simpliciter est exaudiendum, sed sub certa distinctione: An nimirum delinquens odio Principis Consiliarium e medio sustulerit, ut ne diutius Principi ac Reipubl. consiliis saluberrimis prodesse posset; an vero privato odio & inimicitia: illo casu crimen laesae Majestatis maxime committi, sive consiliarius domi fuit, sive foris i. e. sive ut Legatus fuit occisus, sive non ut Legatus, defendimus cum Schönbornero; *Polit. 3. c. 27.* & docet hoc quoque Exemplum Vicarii Imp. de Scalá. *Cuman. Consil. 133.* Hoc casu crimen in Majestatem non committi, licet peccans scelus atrociori pena luat, statujimus cum Treutlero & Bachovio *vol. 2. disp. 32. th. 1. lit. c.* & Theodorico, *in colleg. Crimin. disp. 5.* Verum duplices facimus consiliarios, quosdam togatos, quosdam in militia expeditos; quales sunt duces militiae, in quos, uti in illos, committi crimen laesae Majestatis potest l. 5. *C. h. t. ib. Cujuslibet qui nobis militat:* (quae verba de ducibus tantum loqui videntur *Gothofr. ind. l.*) Deinde ponitur generalis ratio: quia ipsi pars corporis nostri sunt. Huc referri potest illa quaestio; An etiam hoc crimen in Augustam committatur; Committi posse in Augustam, puto cum Riemero *dec. 10. th. 1.* Nam non modo Imperator & Augusta pro una persona habentur ratione matrimonij; verum etiam Augusta pars Imperatoris censetur, qua consilium ei dare potest. Quippe ipse Imperator Justinianus in *Novel. 8. c. 1. pr.* *Hac omnia, inquit, apud me cogitantes & hic quoque participem consilii sumentes eam que a Deo data est nobis reverentissimam conjugem.* Unde Goldast, in praefation. *Die Römische Keyserin s vnd befindet ib: Theodora bey Keyser Justiniano, welcher viel Recht vnd Gesez durch ihr angeben gemacht die noch heutiges Tages in der ganken werthen Christenheit vbliehen Gebrauch vnd Autoritet haben.* Idem de Octavio Augusto legimus apud Senecam *1. de Clem. tit. 9.* qui refert Augustum Liviae uxoris suae

D

salu-

saluber: in unum consilium sapissimè admisisse. Sic Tacitus de *mo-
rib. Germ. & Cæsar lib. 2. de bell. Gall.* recensent Germanis foemina-
nas honore habitas ita ut earum Consilij prælium inierint. Si ergo
unum vinculum potest operari ut crimen committatur Majesta-
tis in Consiliarios, quanto magis duo vincula valeant, quæ for-
tius ligant. Confirmat nostram sententiam Ulpianus in *l. 31. ff. de
legib.* in his verbis: *Augusta autem licet legibus soluta non est, Prin-
cipes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quæ ipsi habent.* Ex qui-
bus constat Augustam privilegijs gaudere, quæ ipse Imperator
habet; jam verò Imperatoris privilegia non ea dicuntur tantum,
quæ nudo ex factò & singulari concessione oriuntur, verum etiam
quæ ex ipso jure manant; uti ostendit inscriptio *d. l. 31.* quæ
concepta est de *L. Juliâ & Papiâ*, quæ de crimine Majestatis lo-
quuntur, *Gothofr. ad intr. ff. h. r. Con. ad l. fin. ff. h. r.*

(e) Circa hanc assertionem duplicem formant Dd. qua-
stionem: An in Septemvitos crimen læsæ Majestatis committa-
tur? Et An in reliquos quoq; Principes, Duces, Marchiones, Ba-
rones &c. Primam quod attinet videtur dicendum crimen læsæ
Majestatis præter Imperatorem, & ejus Consiliarios, etiam ad-
versus S. Romani Imperii Electores committi posse. Quia
Electores ita cum Imperatore sunt conjuncti, ut illi ab hoc
separari nequeant, nec hic sine illis consistere queat, uti ipse Caro-
lus IV. in Aurea Bull. tit. 12. testatur. Sie (puta Electores) seindt
Grundfeste vnd unbewegliche Seulen des heiligen Reichs. & Ru-
dolphus II. in decreto quodam hæc verbis: Das der Churfür-
sten Hoheit vnd Autoritet mit eines Römischen Käyfers Gewalt
vnd Hoheit/ dahero sie auch fleust/ deromassen verbunden/ daß eine
ohne der andere nicht verschmälert werde/ auch ohne die andere
nicht bestehen kan. Si igitur pars corporis Imperatoris sunt, utiq;
& crimen in eos committi potest *l. 5. C. h. r.* Quod aperte di-
cit Carolus IV. in Aureâ Bull. tit. 24. verß. Würde sich einer ver-
pflichten/ einen auß den hochwürdigsten vnd erleuchten/ des H. Rö-
mischen Reichs/ Geistlichen vnd Weltlichen Churfürsten an ihren
Leib vnd Leben/ gefehrlich zuzusehen/ oder zu tödten/ vnd sie dann ein
Theil vnserß Lebens sind: Als wollen die Reichren/ daß auff solchen
Fall

7
Fall der toll mit Hartigkeit gleich der That selbst/ ernstlich zustrafen/ vnd der also an der Majestet schuldig/ &c. & d. tit. §. Ob in Wahrheit: vers. Wir sehen ib. daß soll auch nach dem Tode des Schuldigern gerochen werden &c. Nunc descendamus ad alteram quaestionem: An nimirū in ceteros quoq; status Imperij hoc crimen committatur? Quam, si crimen ipsum & Majestatis, quæ eò læditur, naturam genuinam inspicimus, negandam puto, quia etiam nulla lex hoc crimen ad inferiores Principes, status, & Resp: extendit, jura verò extendi odia nolunt. *l. pen ff. d. pan. c. 15. c. 49. de R. I. in sexto* & sine lege loqui vetant. *Novell. 18 c. 5 & d. l. 5. C. h. r.* Cum verò Principes inferiores, comites, & Resp: membra sint Imperij, sine quibus Imperator nihil facere potest, sed conjunctim auctoritatem in administratione Imperij cum Imperatore habeat: *Sleid. lib. 1 p. 28. 29.* uti & ex omnibus subscriptionibus patet: Daß alle vnd jede darein verlebte Puncten vnd Acten mit Chur vnd Fürsten/ vnd allen andern Ständen/ auch der Freyen vnd Reichs-Stände &c. Cumq; fieri facere queat, si quid in aliquem procerum atrocius perpetratur, quin revera ipsum Reip: Corpus ejusq; caput aliqua ratione lædatur: ideo concedi posse puto etiam in hos committi simplex delictum læsæ Majestatis: vid. *Clar. ad §. læsæ Majestatis n. 2.* Et id consuetudine quoq; varijs in locis observatum fuisse, testatur *Decian. tract. Crim. lib. 7. c. 4 n. 8.* & in praxi ita teneri, notat *Capolla de consuetudine Ital. conclus. crim. 17. n. 19.* Hoc ad confirmandum, exemplum adducit in *Amadeo Duce Subandiæ Guido Papa lib. 22. c. 2. arrest. 1.* & *Farinacius in Duce Mediolanensi. in prax. Crim.* Id ne simpliciter quis exaudiat, ita temperamus, ut non eodem gradu quo in Imperatorem ipsum quis deliquisse dicatur, nec eadem pana delinquens in status Imperij mulctetur. *And. Knichen de Sax. non provoc. c. 5. n. 429.* *Schulz in Syuops. instit. de publ. jud. lit. C. Carpz. in Crim. p. 1. quest. 41.*

(f) Gladii vocabulum bifariam in Jure nostro accipitur; & specialiter, & generaliter: Specialem in *l. 8. §. 1. ff. d. pan.* significationem habemus, in qua ostenditur, facinorosos nullo alio instrumento, quam ense & mucrone necatos fuisse, si gladii pana iis adjudicata fuerit; quod ipse *Caracalla* apud *Spartian*: confirmat, cum in *Papiniani* percussorem gladio, inquit, *exequi te oportuit meum jussu.* Generalis verò

significatio in jure nostro denotat omnem gravio-
rem ac pœnam, quæ vitam adimit: *l. 6. C. ad L. Jul. Majest. l. 3. ff. d. jurid. l. 6. §. 8. ff. d. off. presid.* quo sensu & hic vocem gladij ulur-
pamus. Hujus sicuti & caterorum delictorum pœnam ex *L. Por-
ciâ* missionem in exilium fuisse, testatur Sallustius *in bell. Catil. c. 51.* cum inquit: *An quia Lex Porcia vetat & at alia leges item condem-
natis civibus animam non eripi, sed in exilium permitti jubent:* Inter-
dictionem verò aquæ & ignis antè fuisse scribit Paulus: *l. sent. 79.*
Posteâ eam pœnam in capitalem translatam esse probat. *l. 5. C. h. r. Wesf. in par. ff. h. r. n. 7.* Verùm ultimi supplicii irrogandi irrodi fue-
runt: varii pro ratione temporis & loci. Germanos ait Tacitus *de morib. German.* transfugas ac proditores arboribus suspendisse:
Carthaginenses delinquentes in Majestatem Crucii affixerunt, quæ
pœnæ modum exercuerunt in Hannonem Afros concitantem; *Justin. lib. 21.* Romani hac in re imitati sunt Carthaginenses, inquit
Valerius Maximus *lib. 2. c. 2.* Insueverunt etiam in carcere laqueo
gulam frangere; quod Exemplum Lentuli proditoris ostendit, de
quo Sallustius ita dicit: *in bell. Catilin. c. 55. In eum locum post-
quam dimissus est Lentulus, vindices rerum Capitalium quibus præceptum
erat, laqueo gulam fregere:* In jure verò Digest. refert Ulpianus *in l. 8. §. 2. ff. d. pœn.* reos Majestatis concrematos fuisse, aut furcâ suspen-
sos; utitur enim hujusmodi verbis: *Hostes autem* (intellige hostes
internos quia in externos Romani non animadvertent) *item
transfuge ad hostes, aut consiliorum nostrorum renunciatores, aut vivi
exuruntur, aut furca suspenduntur.* Verum temporibus Imperato-
rum apud Romanos ille modus irrogandæ pœnæ sublatius videtur,
& subrogata esse in locum ejus pœna gladij per Arcadium & Ho-
norum in *l. 5. C. h. r.* & deniq; per Carolum IV. in Aure-Bull. tit.
24. pr. Dasß dann also an der Majestät schuldig erfunden mit dem
Schwerdt hinzurichten. Nostris tandem moribus reos hujus cri-
minis in quatuor partes, eminentioribus locis suspendendas secari,
si sc: sunt viri; sin verò scœminæ, aquis suffocari, & utriq; interdum
pro magnitudine delicti forcipibus ardentibus aduri & ad locum
supplicii trahi, testatur Clarus *lib. 9. vers. sed quero* & Schulz *in Sy-
nopf. Inst. d. public-jud. lit. 4.* Idq; velle videtur Constitutio Caroli
V. *art. 4.* ibi verba sic sonant: *Welcher mit böshafftiger Verräte-
rey*

7
rey mißhandelt) soll der Gewonheit nach durch Vterheilung zum
Tode gestrafft werden/ were es aber ein Weibesbild/ die soll man er-
träncken. Et hunc modi non modo Gallos ait Schönbornerus
Polit. 3. c. 20. in usu habere, etiam si initio nostri seculi Bitoneus
gladio truncatus fuerit Thuan. tom. 3. lib. 128. & antea Anno 1574.
Gabriel Mcgometius: Comes securi necatus; Thuan. tom. 2. lib. 58.
verum etiam Saxones de consuetudine observare scribit; *Reinh.*
p. 5. diff. 34. vers. Aber nach gewonheit & c. & *Schultz d. loc.*
lit. d. licet jus Saxonicum tales rotâ percuti velit. Landr. lib. 2. art.
13. Carpz. in prax. Crim part. 1. q. 41. n. 92. & 95.

(g) Quo quis gravius delinquit, eo gravius punitur, inquit
Marcianus in *l. 11. ff. d. pen.* Cum igitur hoc crimen maximum sit,
ut satis supra dictum, gravius quoq; præ cæteris vindicatur, ita, ut
præter nortem omnium bonorum fiat confiscatio: *l. 11. ff. b. t.* quod
jure Digestor: obtinebat, in omni Majestatis crimine, si liberorum
dan nati nemo existeret, secundum Hermogenianum: in *l. 9. ff. b.*
t. Jure verè Codicis in *l. 5. C. b. r.* ratione perduellionis ejus-
modi confiscatio concessa est licet liberi existant. Dicen-
tan en lex *9. ff.* & lex *5. C. de reis Majestatis* in genere loquen-
tes quoad bonorum publicationem sublata esse videntur per No-
vell. *17. c. 12.* ubi generaliter prohibita est publicatio; quæ Novell.
iterum postea correctæ fuit per Novellam *134. c. finita,* ut prohibe-
retur confiscatio, si adsint ascendentes ac collaterales (sicut clar. or
Imperatoris mens redditur in *Auth. d. bonidamnat.*) usq; ad tertium
gradum. In quâ adjecta quidem est exceptio, ut leges veteres ser-
ventur in condemnatis crimine Majestatis; Tamen, cum sciamus,
leges odiosas strictè accipiendas esse, & sanctiones Imperatoris Ju-
stiniani propriè intelligendas, secundum *§. 3. v. 6. I. d. donat. ib; &*
consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus; Vocabulū, rei
Majestatis, in d. Novell: in gradu potentiori & proximo significatu
sc: perduellionis accipimus, ideo ut dicamus omnia bona cōfiscari
posse in crimine perduellionis, etiam si liberi adsint. *d. l. 5. Cod.*
In crimine verò in genere Majestatis, tum, si ascendentes, nec
descendentes nec collaterales usq; ad tertium gradum ad successi-
onem venire possint. *d. Nove. 134. Rob. 2. sent. 22. Bacho: ad Treutl vol-*
2. disp. 32. th. 1. lit. g. Sic Novissimo jure constitutionum Imperialiū
bona rei perduellionis confiscantur etiam existentibus, liberis. *Aur.*

Bull. tit. 24. Cum quâ Bullâ Galli consentiunt si ita loquantur :
qui confisque le corps, confisque les biens Boer. in *Consil. Burgund. &*
Gall. tit. d. confisq. Wes. para. ff. d. bon. dam. Circa hæc versantur duæ
quæstiones, Al. era de futuris bonis, an sub confiscatione bonorum
veniant ? Altera de bonis ademptis i. e. publicatis, an scilicet bona
reco Criminis læsæ Majestatis ipso jure sint adempta ? Quarum
posterior prius examinanda est. Accidit aliquando, inquit Iulianus
in pr. 1. quib. alien. lic. vel non ut qui dominus rei sit alienare
non possit, & contra : qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem
habeat : secundum quæ nos dicimus, reum læsæ Majestatis ante
sententiam definitivam & condemnationem, dominum bonorum
suorum manere *l. 20 ff. d. accus.* Quod clarius confirmat Paulus
in l. quesitum 5 ff. qui & à quib. manumittit his verbis. *Quesitum est,*
an is qui Majestatis crimine reus factus sit, manumittere possit,
quoniam ante damnationem dominus est ? Licet autem sit dominus
ipso jure, tamen administratio ab ineundâ factione ei adempta est,
ita ut, considerato eventu (Nam si damnatio non subsequitur,
donationes factæ validæ sunt *l. post contractum 15 ff. d. donat. ib. Gothofr.*)
damnationis, nullæ dotes, donationes, emancipationes, nullæ
manumissiones aut quarumlibet rerum alienationes censentur
l. 20 ff. d. accus. l. ult. C. ad C. Jul. Majestati sic & Di. Severus & Antoninus
constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neq. alienare, neq. manumittere cum posse.
Ratio, quia factæ in fraudem fisci videntur, secus a condemnatione ;
& est illud quod Marcianus scribit *in l. 3 ff. d. manumi.* *Libertates ab eo qui jam L. Corneliâ damnatus esset, aut futurum prospiceret, ut damnaretur, servis datas non competere.* Jam igitur generale
argumentum ponamus : Quicumq. est dominus bonorum suorum,
ei bona non sunt adempta. Atqui reus læsæ Majestatis est dominus
bonorum suorum post crimen peractum & ante damnationem,
Ergo & post crimen & ante damnationem bona non sunt adempta :
nec consequenter ipso jure confiscantur, ceteroquin fiscus esset
dominus non reus. *Fackin: Contro. lib. 9. c. 33 Bachov: ad Treutl vol. 2. disp. 32. th. 1. lit. g. Ungepauro: disp. 16. th. 8.*
Alteram quod attinet, respondemus, ad fiscum bona non pertinere
quæ post condemnationem ad reum veniunt, ut expresse dicit
Paulus

Paulus in l. 12. §. 1. ff. Mand. quia publicatū bonū quicquid postea
acquiritur, non sequitur fiscum. Licet Paulus non de crimine Ma-
jest. dicat expressē, tamen, quia non legem sed legis rationem,
quæ ad similes casus extendi potest, Everh. in loc top. allegamus,
bona occasio est in defectū legis expressæ & quidem odiosæ aliam
ex alia lege suppleri. l. 13. ff. d. ll. Quanquam quis vellet in con-
trarium producere text. in l. 2 C. de bon. damn. tamen non ac-
cipimus illum de omnibus omninò damnatis, sed de deportato
tantum; quia omnes ll. correctoriæ non sunt extendendæ neq;
ex identitate rationis vel paritate, sed ad eos solummodo casus
dirigendæ, quos in se continent, inquit Imperator Theodosius
in l. 32 § ult. C. d. appell. Wes. in par. ff. d. bon. damn. n. 7. in fin.
Trentl. vol. 2. disp. 31. th. 7. lit. a.

(b) Damnatur ejus memoria, si statutz ejus evertantur,
de quo l. 24. ff. d. pen. gentilitatis insignia maculantur; domus
sola adæquantur, uti demonstrat exemplum M. Flacci & L. Sa-
turni 6. Valer. 3. Plin d. vir. illustrib. & Spuriij Cassii 6. Valer. 3.
Dion Halicarn 8. affigies paubulo effigitur; secundum exem-
plum Philippi Regis Hisp. qui Anthonij effigiem affigi jussit;
Thuan. lib. 73. vol. 2. col. 1. liberi infami notantur, ab omnibus
honoribus arcentur, omniq; e successione privantur & omni tes-
tamenti factioe. l. 5. §. 1. C. h. e. Hanc legem confirmat Ca-
rolus IV. in Aurea Bullâ tit. 24. hisce verbis. Ihre Kinder sollen
von Mütterlichen / so woll aller ihrer nechsten Freundschaffe
Erbtheil außgeschlossen / vnd deren beraubt seyn / wie in gleichen
aus andern Testamenten vnd letzten Willen nichts empfahen &c.
& statim Sollen auch zu keinen Ehren vnd Eyden gelassen wer-
den / darzu in Armuth ewiglich verschmachren / das also der
Todt ihr Trost / vnd das Leben ihre Pein sey. Verum d. l. 5. &
text. in Aur Bull. non loquuntur de omnibus liber s. i. e. de nepo-
tibus, pronepotibus &c. Sed de solis filiis seu liberis in primo
gradu. Nam Arcadius & Honorius Imp. explicarunt Theodosij
Imperatoris legem in C. de bon. damnat. (quæ dicere videbatur,
transmitti pœnam criminis Majestatis ad omnes posteros)
& restrinxerunt ad filios filiasve; quod & Caligulam fecisse,
scribit

scribit *Sveton. in eim vit. c. 38.*) quorum appellatione propriè non continentur nepotes & neptes § *ult. l. qui tut. dar. poss.* Ita tamè tem-
petamentū observarunt, ut filiabus aliquo modo parcendū esse sta-
tuerent, dum tribuerunt iis legitimā seu falcidīā ex bonis maternis
d. l. 5. § 3. & d. Aur. Bull. tit. 24. vers. Uber dasß soll den Töchtern &c.
Schulz in Synops. Instit. d. publ. jud. lit. d. circ. fin. Hæc quidem
& ex ratione juris positivi seu Civilis & Jure Gentium probari & affir-
mari possunt. Etenim *I. Arcadius Imp. in d. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj:*
ita dicit: debuisse paterno perire supplicio, in quibus paterni criminis
exempla metuuntur: quam fortasse rationem Imperator desumpsit
ex Virgilio ita dicente.

*Qui viret in foliis venit à radicibus humor
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.*

Et ex Horatio, *Fortes creantur fortibus & bonis & ex Cardan: ex*
art. 3. Sapient. Ex bono namq; bonus, ex malo malus nascitur. Hanc
rationem ponderavit fortassis & Marcianus, qui iussit Filium Vi-
telli obtruncari. *Tacit. Hist. 4.* Scythos constituisse legimus, ut fi-
lius unā cum parentibus occideretur: *Herod. lib. 4.* & Macedones
legem promulgasse, ut propinqui eorum, qui vitæ Regis insidias in-
ruerent, interficerentur. *Curt. lib. 7.* Propterea Imp: quoq; Ar-
cadius, & Carolus IV. sancivit legem ut liberi reorum Majestatis,
non vitā quidem naturali, sed bonis presentibus ac futuris omni-
bus privarentur, ne paterna possent vestigia sequi, quod ceteroquin
fieret, si iis divitiæ, ac consequenter libido essent. Nam *ex divitiis*
juventutem luxuria atq; avaritia cum superbia invadere, rapere,
consumere, sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, amicitiam, pud-
icitiam, divina ac humana promissa, nil pensi neque moderati habere,
inquit Sallustius in bell. Catilin. c. 12. Si hoc Sallustii verum est in cæ-
teris, quanto magis in iis, in quibus paterni criminis exempla me-
tuuntur, verum sit. 2. Altera ratio sumi potest ex *l. 3. ff. quo: met. caus.*
quod parentes sc: per liberos puniri videantur. Quippe liberos cuiq;
suos natura carissimos esse voluit. *Tacit. in Agric: nec dulcius ho-*
minū generi à natura datum quam sui cuiq; liberi. Cic. 1. off. itaq;
pæna in liberos quoq; infertur, ut hoc metu parentes à proposito
avocentur, uti clarum exemplum habemus in *sacris. 2. Maccab. 7.*
Ubi

ubi Tyrannus septem filios in presentia matris necari iussit hoc
sine ut mater satis per eorum necem cruciata, respuat leges pa-
ternas. 3. Quia Pater consilia cum filiis communicare censetur.
Hoc enim pretextu quod simul contra eum conspirassent, Darius
Rex Intaphernem cum liberis ac proquinquis necavit. *Herod.
lib. 3. 4.* Liberi vindices & ultores futuri paternæ mortis cense-
tur: Sed in Monarchiâ maxime tranquillitas Reip. necessaria est,
ac proinde omnis præsumpta malitia est vel auferenda, aut ali-
quot modis corrigenda. Huc pertinet illud Justinii *lib. 21. Ne qui-
quam aut ad imitandum aut ad ulciscendum scelus ex tam nefariâ
domo superesset.* Hinc Andronicus ex persuasione suorum amico-
rum, cognatos suspectorum sibi, occidi iussit. *Nice. lib. 2.* ita Nea-
poli ad quintum usq; gradum cognatos rei ignominiam subire
oportet *Zosim. lib. 3. 5.* Quia in exemplum à regula aliquandò
discedimus, ita in hoc gravissimo crimine à regula generali quæ
est (ne calamitas matris noceat filio *arg. §. 1. J. de Libert.*) discedere
possumus: Unde illud *Tacit. lib. 14. ann.* Habet aliquid ex iniquo
omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate pube-
lica rependitur. Verum utcumq; hæc disputentur & asserantur;
attamen ex ratione veræ justitiæ & præsertim juris naturalis vix
ac ne vix defendi possunt, imò ex ipso iure civili contrarium
stabiliri potest. Nam Ulpianus *in l. 1. ff. J. & I.* dicit pœnam
esse emendationem hominum. Quod si verum, nescio quomodo
pœna extra delinquentis personam in aliam non delinquentem
redundare possit; cum pœna secundum Paulum quoq; *in l. 224.
ff. d. V. S.* sit coërcitio delictorum; quæ ubi desunt, ibi nec coërci-
tio esse potest; remota enim causa finali, removetur ipsa sanctio
seu constitutio, ut inquit *Jason in §. 1. l. d. Act.* Si respiciemus obli-
gationem, quâ delinquens ad pœnam obligatur; videbimus illam
obligationem esse personalem (quæ tamen non tam ex consensu
expresso, quam æquitate naturali oritur, unde æquum esse dicitur,
penas ob maleficia solvi. *l. 70. §. fin ff. d. fideiuss. vid. Schneidev: in
Inst. d. Obligat. ver. naturalu obligation n. 8. 9. & seqq.*) ut expresse di-
cit Justinianus *in §. 1. J. d. Act.* Namq; agit unusquisq; aut cum eo, qui
ei obligatus vel ex contractu vel ex maleficio, quo casu prodita sunt
actiones in personam. Et personalem non transgredi *l. pen. C. de*

uxor pro mar. ib: Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari, neq; ad hæredes transire secundum Paulum in l. 25. §. 1. ff. d. pact. personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad hæredem. Ergo nec pœnam tanquam personale debitum alios vel hæredes luere teneri rectè concludit Iustus Callistratus in l. 26. d. pact. Namq; unusquisq; ex suo admisso sorti subjicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Et ipse Imperator Arcadius & Honorius in l. 22. C. d. pœn. Sancimus ibi esse pœnam ubi & noxia est. Propinquos, natos, & familiares procul à calumnia submovebimus. Si jus naturale seu æquitatem consulamus quid hac in re nobis faciendum sit, respondet illa nobis ex Seneca lib. 2 d. ira. c. 4. Nil esse iniquum quam hæredem aliquè paterni odij fieri, & ex Augustino Deum ipsum injustum dicturum si quemquam damnaret innoxium. Propterea reprehendat Philo in lib. 2. de leg. spec. eos qui insontes liberos proditorum aut tyrannorum morte puniebant; & Alexander Magnus apud Curtium lib. 8. abrogat iniquum morem legem ferendo in his verbis: Olim istum morem occidendi cum scelestis insontes parentes, propinquosq; solvi scio, at profiteor in eodem honore futuros omnes eos in quo fuerint. Hoc agnovit Imp. M. Antonius apud Valent. qui scripsit Epistolam ad Senatum quâ petivit ab eo veniam liberis Cassij, qui in eum conjuraverat, in eâq; adjecit, quod hæc reverà non sit venia, cum liberi non peccaverint. Nec absimilis est Antonio Ludovicus Bavarus Imp: qui, postquam filios fratris criminis committentis aspexit, dixit, pater, non filij commiserunt, quapropter non est æquum ut alieni facinoris luant pœnam: vid: Dionem lib. 55. & Petr. Biz. Hist. Pers. His congruit jus Divinum, cujus author ipsa æquitas est; Nam Deut. c. 24. dicit ita Deus: Non parentes pro liberis, nec liberi pro parentibus pœnâ affici debent, sed quisq; pro suis delictis moriatur. Hinc Amazias Rex Judæ laudatur in sacris. 2. Reg. 14. v. 6. & 2. Paral. 25. v. 4. quod secundum præceptum Dei non eorum liberos necaverat, qui Regem patrem suum occiderant. Hoc videbis defensum à Bachovio ad Treutl. d. 2. disp. 32. th. 1. lit. k. & Grotio d. jur. bell. ac pac. lib. 2. c. 21. th. 12. 13. & 14. Ad hæc confirmat nos Schneidewinus Instit. d. publ. jud. §. 3. n. 5. dicens se nunquam Constitutionem Caroli IV. in Aur. Bullâ observatam vidisse; & Treutlerus d. disp.

7
disp. 32 lit. b. ac Schulz in Synopf. Instit. d. publ. iud. lit. d. affir-
mant illam omnino in desuetudinem abiisse. Libet quoq; nobis
descendere in quaestionem illam; An Reip: & Principi semper
utile sit, ut severitas illa quoad liberos observetur? Ad quam ita
responderi posse puto: Quamvis si pro delicti modo qui deliquit
puniatur, justa ejus juris ultio sit, ut ait Imperator Leo in Novell.
62. & justitiae libram non plus aequo ad misericordiam inclinare ho-
nestum sit: Imp. Leo in Novell. 6. in pr. Tamen utilius & condu-
cibilius saepe erit & Reip: & Principi, si liberos parentum facinus
non simul portare sinat, sed duram hanc sanctionem clementiam
& benignitate mitiget: *Nullum enim*, inquit Cornelius Nepos,
Imperium tutum, nisi benevolentiam munitum. Hanc autem non se-
veritate, sed clementia & humanitate sibi Princeps acquirit: Quip-
pe qui clementiam & benignitate Imperium temperare, huius candida &
lata omnia fuerunt; & hostes equiores quam illi cives, inquit Sallu-
stius; in Orat. ad Caes. d. Rep. ordin. & sicut Principi naturam dextra
laeva; est, ita quoq; clementia & rigor; & ut dextram frequentius
uritur quam laeva, ita quoq; illam potius utatur quam hoc. *Anto. de*
Gyevarr. in Horolog. Princip. lib. 3. c. 1. Neq; sine causa est quod
Princeps patris vices in gubernatione Reip. sustinere dicitur; si-
cuti enim pater acerba castigatione liberos suos emendare non
valet, sed deteriores potius reddit, ita Princeps rigore poenae & se-
veritate subditos malos & malitiosos parit, sibiq; infidos: *De*
Buchner. Praecepto: me plurimum observand. in Orat. de Princip. Gal-
bae Regiam enim crudelitatem augere inimicorum numerum tol-
lendo, proclamat Seneca, 1. d. *Clement. c. 7.* & Tacitus, *lib. 11. ann.*
Principis salutem periclitari, si metus est apud suos. Nec poena illa
corrigenae animos Liberos malevolos (quos quis forsitan praeten-
deret) sed potius erigere videtur, uti Cornelius Nepos de The-
mistocle loquitur.

THESIS III.

Peracto sic perduellionis Crimine perpendamus modo: (a)
quibus committitur simplex Majestatis crimen. Hi autem sunt:
si subditus injussu Imperatoris bellum gerit, (b) saluum condu-
ctum Imperatoris violat, (c) jus monetam cudendi sine cessione
usurpat, (d) reum criminis capitalis in carcerem conjectum emit-

intelligit, (e) Temporale Imperium tanquam perpetuum sibi adjudicat, (f) Imperium merum exercet, ut qui carceres habeat privatos, (g) Horum autem coercitio eadem est, quæ perduellionis, hac tamen differentiâ, quod hîc non locum habeat damnatio memoriae, nec confiscatio bonorum de novo jure, th. 2.

(a) In th. 2. dicebatur de iis, quæ principaliter in perniciem Reip: struuntur; In hac th. dicitur de iis, quæ principaliter & directio ad Principem spectant, & Principem potius quam principatum concernunt.

(b) Nemo sub Imperio vivit qui auderet inscio & invito Imperatore bellum gerere; soli enim Imperatori bellum indicere competit: & hoc adeo verum est, ut ille qui hoc facit, vel subditus sit absolute, vel secundum quid, incurrat in crimen læsæ Majestatis l. 3. ff. h. t. quin imò scribit Modestinus in l. 3. §. 15. de re mil. eum capite Romanos multasse, qui mandata non servarit, etsi res benè gesserit: mandata enim non servasse censebatur, qui sine etiam mandatu in hostem pugnasset, uti docent nos verba Salustij, in bell. Cat. c. 9. quod in bello sepius vindicatum est in eos, qui contra Imperium in hostem pugnaverant, quiq; revocati praelio excesserant, quàm qui signa relinquere aut pulsî loco cedere ausi erant. Inde apud eundem recenset Cato de Aulo Manlio Torquato exemplû: quod scilicet Aulus Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra Imperium in hostem pugnaverat, necari jussit; atque ille egregius adolescens immoderatae fortitudinis morte poenas dedit. Idem benè observarunt Carthaginenses: quorû duces proprio consilio bella gerentes cruci affigebantur, etsi victoriam adepti fuerint. Valer. Max. lib. 2. c. 7. Huc quoq; pertinet eorundem responsio apud Livium lib. 31. Ergo num privato publico consilio Saguntum oppugnatum sit, querendum censeo: sed utrum jure an injuriâ: Nostra enim hæc questio atq; animadversio in civem est nostram, nostro an suo fecerit arbitrio; vobiscum una disputatio est, licuerit ne per fœdus fieri. Verum sicut omnis regula firmissima intelligitur sub hac exceptione, nisi necessitas aliud suadeat; cum necessitas legem non habeat: Cant. sicut. 10. distin. 1. de Consecrat. cap. 4. Extr. de R. Jur. ita quoq; hoc in casu necessitas ferrum strangit, si nimirum impendens sit periculum, ut tempus non patiarur

-7

ciatur eum consuli, qui supremum jus in Civitate habet, tunc Magistratus civitatis inferior in seio Domino arma sumere potest sine crimine ullo. *arg. dd. text.* Hoc jure se usum fuisse protestatur, Atherbal Rex Numidiae, qui cum Jugurtha Regno eum privare veller, & armatus veniret, arma contra Jugurtham sumit, quia in morâ periculum erat: post ubi à Jugurtha victus erat, implorat Populum Romanum, simulq; dicebat se bellum non movisse ex culpa, sed ob præsens periculum ut ex verbis constat. *Non mea culpa ad vos oratum mitto P.C. Sed vñ Jugurtha subigit. Salust. in bell. Jugurth:* Hinc recte excusatum habemus L. Papirium in Sicilia præsidio Ennæ præfectum, qui cum certò sciret oppidanos ad Carthaginenses defectionem moliri, bellum in eos gessit & Ennam retinuit. *Mart. Land. d. bell. q. 2. Grot. de bell. ac pac. lib. 1. c. 3. tit. 4. & 5. Theodori: in Colleg. Crim. disp. 5 th. 4. lit. 4.*

(c) De eo modo consule *Paul. de Castro pr. conf. 422. d. v. Berger in th. c. 1. p. 338.* Datur autem Salva Guardia non modo peregrinis, qui per territorium Principis peregrinantur, verum etiã hostibus; quos si subditus lædat in Principis territoriis, crimen hoc committere dicitur *Schönb. Pol. §. 6. 25.* Non incommodè hic quæri potest. An ipse Princeps, qui salvum conductum dedit, peccet, si fidem datam non servet? Ad hoc responderi eo modo puto. Si subditus committit crimen læsæ Majestatis ob eos, quibus à Principe data est salva Guardia, quidni Princeps, qui ipse fidem suam frangit, in delictum incurrit: Nam dignitas & officium postulat à Principe fidem integram & infallibilem; at fidem fallere Diabolo competit, non Deo qui sui stat promissis *Lombard: Jam verò Princeps fatetur se à Deo esse & Majestatem habere, utiq; & ea observare necesse habet quæ concernunt dignitatem & officium* Proinde debet esse vindex mutæ fidei, societatis conservator humanæ, & executor justitiæ; at cum ipse fidem à se datam non servat, ipsam humanam societatem tollit, & fundamentum justitiæ (quod fides est, i. e. dictorum factorumq; constantia & veritas *Cic. 1. offic.*) demolitur, quomodo vindex fidei dicatur societatis humanæ, ac justitiæ conservator? Annon id in Principe abominandum & detestandum? Quid? quod si ei liceret fidem fallere & pacta rescindere, omnium careret commercio ac nemo cum

E 1

ipso

ipſo contraheret. *Tolos. l. 7. d. Rep. c. 20. ſect. 23. & 24.* Hinc Bodin.
p. 134. 156. & 157. benè conſulit Principi ne temerè ineat pacta cum
hoſtibus, ſi tamen facta, obſervet, cū nihil tam integrum fidei hu-
manæ ſit quam ea quæ placuerunt cuſtodire ut Ulpi: loquitur in
l. 1. de pact. Verū cum hoſtes ſint vel externi vel interni; de utroq;
genere diſtinctè quædam dicere placet. Si itaq; Princeps cum
hoſtibus externis pacta inierit, ſive ſponte ſive coactus, & ſive cum
utilitate, ſive cum incommodo ſuo, fidem ſervare debet: præci-
puè enim in ducibus religionis & fidei obſervantia prædicatur
Xenoph. in Ageſila. Unde Legiſtæ verba, quæ in conventionibus
ſolet adjicere Princeps, (*Deſey Fürſtlichem Ehren vnd Trewen*)
quatenus Principem conſiderant ut officium boni viri exercen-
tem, in promiſſione loco juramenti promiſſorii, quoad effectus,
accipiunt. *Bachov. ad Treuti. vol 1. diſp. 21. th. 1. lit. a. & in tract. d.*
Act. diſp. 8. th. 4. lit. b. Propterea Pausanias Arcadius de Philippo
Macedone ita loquitur. *Bonum eum Imperatorem nemo recte voca-*
verit, qui pro more habuerit, juſjurandum contemnere, fidem quavīs
occasione violare, ita ut nulli homini fides vilior fuerit, & Valerius
Maximus de Annibale: Bellum adverſus populum Romanum & Ita-
liam profeſſus adverſus ipſam fidem acrius geſit, mendaciis ac fallacia,
q̄s: præclaris artibus gaudens, quo evēnit, ut alioqui inſignem ſui me-
moriam relicturus, in dubio, major ne vir an pejor haberi deberet, pone-
ret. Quamquam quis diceret hoc pactum cum hoſte factum qua-
ſi metu extortum non poſſe procedere cum non de voluntate ab-
ſoluta, ſed coacta dependeat, quæ non prodeſt ad obligationem:
ac ideo nullam obligationem nullum pactū nullamq; fidem cen-
ſeri ſi fides ex metu data ſit: tamen ſciat, pactum metu extortum
eſſe ſimpliciter voluntarium; ſecundum quid involuntarium:
Ipſe enim Ariſtoteles *Ethicor. lib. 3. c. 1. §. 6. & 7.* ſolvit illum no-
dum tribus rationibus. Primò: ratio boni eſt objectum volun-
tatis, atqui minus malum habet rationem boni. Ergo (*in verb. ex-*
petuntur enim tum cum aguntur) Hujus minorem ſic probat. O-
mnis actionis finis attenditur; finis ex tempore, quo fit, æſtima-
tur, atq; finis actionis in temporis conditione conſiſtit, atqui in eo
tempore, quo metus infertur, eligit minus malum tanquam in
cōparatione majoris, bonū Ergo actus ille magis ſimilis eſt ſpon-
taneo

7
taneo (*Agit autem sua sponte & sponte igitur & invitum unumquemque dicendum est agere cum agit.*) Altera ratio; ubicunq; principium intrinsecum i.e. principium movendi partes agentes est; ibi quoq; voluntas est & arbitrium (*est enim in ipso principium movendi partes, & sunt in hujuscemodi actibus instrumenta;*) At principium intrinsecum est in nobis dum per metum facimus, ut vel majus expectemus vel minus malum suscipiamus (*at quorum principium est in ipso eo agere vel non agere in ipso est situm*) Ergo in nobis est arbitrium & per consequens, magis sunt voluntariae actiones per metum factae (*talia igitur sua sponte quis agit.*) Hinc Thom: in summ: Theol: 1. 2. 9. 6. art. 6. de hac quaestione ita ratio- cinatur: Unumquodq; simpliciter dicitur esse, secundum quod est in actu: quod autem agitur per metum, secundum hoc est in actu secundum quod fit, fit autem secundum minus malum rationem boni habens, quod indicat voluntatem ad vitandum majus. Ergo simpliciter actiones sunt voluntariae. Ultima ratio: Actiones, quas comitatur laus & vituperium, sunt voluntariae; atqui actiones quae ob metum fiunt, comitatur vel laus, vel vituperium. Ergo, (*in actibus autem hujuscemodi nonnunquam homines laudantur, cum pro magnis & honestis rebus aliquid turpe fecerunt, aut molestum; Si vero contra faciunt, vituperantur*) Cum autem illae actiones non in omni tempore sponte fiant, mixtas Philosophus vocat in spon- taneas magis inclinantes (*tales igitur actus mixti quidem sunt. Ipsi a. magis sunt similes quos sponte homines agunt*) Mentem Philosophi satis explicatam habemus apud Thom: d. loc. & Acciajol. ad Arist. ac novissime Horneji Eth. lib. 3. c. 4. qu. 11. in fin. Licet vero quis instan- ter diceret, quod de jure Civili hujusmodi pacta rescindantur tot: tit: ff. quod: met: caus: tamen inter extraneos seu hostes & praeci- pue Principes, non tam jus Civile quam Gentium attenditur: quod vult, promissa servari, ut innuere videtur Sallustius in bell. Jugurth. c. 35. hisce verbis: *Fit reus magis ex aequo bonoq; quam ex jure Gent: Bomilcar, cum Romam fide publicam venisset: At qui captus est, seu alio metu perculsus si iniit pacta, promissa sponte facit: Et. & servare illa debet, praesertim Princeps: hostis etiam cum quo pacta fecit non desinit esse homo: Ergo & particeps est juris ex promisso; Neq; hoc in casu injusta vis est utpote a legitimo hoste illata. Ita*
Cic.

Cic. 5. offic. Et hoc bene observavit Regulus, qui, cum captus esset
à Pœnis, & dimissus Romam sub juramento se rediturum, ac dein-
de retineretur ab amicis, propinquis; *ad supplicium*, inquit, *malò*
redire, quam fidem hosti datam fallere Cic. 1. offic. vers. *Regulus sane.*
Grot lib 3 cap. 19. th. 1. 2 & 3. 20. th. 3. Giphan disp. 39 d. pact. Trentl.
vol. 1. disp. 9. th. 7. lit. a. Insuper si hodiernum statum consideremus,
magis in foro observari jus Canonicum quoad conscientias, quàm
jus Civile audimus, juxta *Barrol. & Salic. in l. 22. C. d. pact.* At jus
Canonicum vult, servari pacta quoad possunt, eumq; contra na-
turam, conscientiam, ac Deum fecisse, qui ea non servaverit. *Glof.*
in c. 1. d. pact. & pro autoritate adducit Div. Paulum apud Rom. c. x.
9. 31. vid. Wespr. ff. d. pact. p. 189. lit. d. Si tamen dux cui præter
belli administrationem nihil competit, super iis, quæ statum Reip.
concernunt, paciscitur; vel Princeps, qui obstructus est ll. funda-
mentalibus, ut sine Procerum seu Statuum consensu super aliena-
tione & diminutione Regni pacisci nequeat, captus inquit cum ho-
ste pacta, quæ in diminutionem Reip: incurrunt; toties Proceres
regni hujuscemodi pacta rescindere possunt & non est in potesta-
te Ducis aut Principis conventiones implere: *Barrol. in l. 5. ff. d.*
pact. Bald. concr. 164. Alex. 4. conf. 48. sed potestas ejus versatur circa
sola ea quæ privatim sua sunt, & quid de his etiam captus, & cum
maximo suo detrimento, pepigerit, tamen valebit, Grot. de jur.
bell. & pac lib. 3. c. 20. th. 3. Sed quicquid sit, utilius est, etiam con-
servare pacem licet aliqua parte contra ll. iniquam & Reip: ad-
versam, quam bellum excitare; quippe nihil incertius belli eventus,
modo enim ille hunc, modo hic illum victoriâ superat; ut Sallu-
stius de Sulla in bell. *Catili*: ita loquitur: *Sed postquam Lucius Sylla,*
armis recepta Rep: ex bonis initiis malos eventus habuit, Et de Cati-
linariis c. 17. *Quibus in otio vel magnifice vel molliter vivere, copia*
erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. Et ipse de se
Catilina apud eundem c. 20. *Neq; ego per ignaviam aut vana inge-*
nia incerta (sc: contra Patriam movere bella) pro certis (sc: pacem
habere) capta rem. Nihil magis periculosum, nec magis damnosum
bello: In bellica enim negotiatione vix lucrum absque damno
esse potest inquit *Mart: Hist.* Et hoc testatur *Nazar. Pong. res enim*
belli cæcos habere eventus dicens, Hoc est quod Augustus agebat,

armis

7
arma non esse capienda, nisi major emolumenti spes, quam dam-
ni metus ostenderetur. *Suet. c. 24.* Et quod Dio 50. 16. dicebat,
bellum tunc esse suscipiendum, si nullo aut exiguo periculo res
perfici posset. Quod Atherbal suo exemplo confirmat, dicens se-
se omnem injuriam a Jugurtho illatam prius pati, quam bellum
sumere, quia antea tentaverat adversam belli fortunam. *Sallust.
d. bell. jugurt. c. 19.* Hinc consilium sapientum fuisse refert Gro-
tus *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 24. th. 2.* ex Xenophonte *Histor.
Graec. 6.* & ex Philostrato; Ne quis bellum ob graves etiam ma-
gnas causas suscipiat. Et Livius hoc confirmans dicit *lib. 20.* bel-
lum suscipiendum esse, si pax servientibus gravior quam liberis
bellum sit. Nihil denique magis calamitosum, quam conflagrare.
Mars quippe communis & victum saepe erigit & affligit victorem, di-
cente Livio: *lib. 28.* Unde refert *Sallust. de bell. Catilin. c. ultim.*
Victoriam, quam Exercitus Populi Romani contra Catalinae
adeptus erat, cruentam ac tristem fuisse: Nam strenuus quisque
aut in praelio, aut graviter vulneratus discesserat, & sicut in fine
ita concludit: *Ita varie per omnem exercitum, letitia, moror, luctus
atque gaudia agitabantur.* Sciendum tamen est quod fides data ab
eo, cujus est pacem inire, bellum indicere, servanda sit ab inferio-
ribus seu subditis: quae autem data est ab alio seu privato, reli-
qui observare non tenentur, nisi privatus illius mandatu seu spe-
ciali, seu generali, quid egerit. Haec sunt de hostibus externis
nunc videamus quid sentiendum sit de hostibus internis, in specie,
de Latronibus, Praedonibus, Piratis. His si fides impunitatis data
est ab eo qui animadvertendi potestatem in eum habet, servanda
est; si modo sponte data sit: Sin autem per metum & vim data, servan-
dam non esse censet *Bach. d. loc. & Grot. d. lib. 3. th. 4.* quia ob-
sidendo vias & occidendo homines jus G. & cognationem, quam
natura inter omnes homines constituit *lib. 3. ff. d. 7. & 7.* violant
ac perfringunt: Ergo nec jus G. iis commune esse potest, uti com-
mune est cum ceteris scilicet: externis hostibus, ut demonstrat Ex-
emplum Narsetis qui Amingum ducem Galliae cepit & secu-
ri percussit, cum non dux bellandi sed praedandi esset. *Paul. Diacon.
lib. 18. Hist. Rom.* An autem Princeps delictum ignoscere iis cen-
teatur & penam remississe, si simpliciter salvum conductum con-
cesserit

cesserit, quæritur? Et respondetur quod pœna remissa vel ad tem-
pus vel in perpetuum censeatur, pro ut salvus conductus datus erit
1. Quia, si cum pœdone aut maleficio qua tali actum est, simul de
remittenda pœna actum censeatur. 2. Quia salvus conductus suâ
naturâ in se continet facultatem & liberè veniendi & liberè re-
cedendi *Mench. 2. arbit. judr cent. 4. cas. 336. n. II. 12. Coler. p. 4. c. 1.*
d. process. execut. Zang. d. Except. p. 2. c. 5. n. 8 Zaf. vol. I. conf. 14.
3. Quia sub fide Principis nemo decipi debet *arg. l. 7. C. d. hui qui*
ven. et. l. barbar. ff. d. Off. Prætor. Zaf. dd. conf. n. 33. 4. Quia ea inter-
pretatio actus sumenda est, quæ cavet ne actus in vanum recidat
Grot. d. jur. bell. ac pac. lib. 3. c. 19. th. 3. 5. Quia pugnat cum hone-
state & dignitate Principis, quempiam fallaciis decipere, ut Vale-
rius Maximus de Annibale dicit: *Mendacium ac fallacia quæ præcla-
rum artibus gaudens.* Si verò in salvo conductu illa clausula inveni-
tur (*Wider alle Gewalt vnd vnrecht*) & delinquens petiit sal-
vum conductum, non ad patrocinandum suo sceleri, sed tantum
ad tuendum contra vim ac injuriam, tunc excluditur tantum via
facti, non juris; ita ut, si satis, & omnino victus *EST* & non so-
lum *DICITUR*, puniri possit, nec habet quod queratur
Herculan tract. d. non offen. c. 37. Coler. process. execut. c. 4. n. 176.
Sed quid; anne etiam illi, qui hæreticus existimatur & perhibetur,
servanda fides? ita putamus sive privata ipsi fides sit data in con-
ventionibus; sive publica, ut in salvo conductu. Si, inquit *Bo-
din. 5. de Rep. 6.* fidem hæretico & infideli frangere fas est, dare
nefas est; si verò fidem dare jus est, datam servari oportet. Rectè
itaq; *Carol. V. in Conventu Worma.* scripsit se *Luthero*, cui eo
veniendi, & abeundi domum potestatem fecerat fidem, quàm de-
disset, servaturum, ut salvus & incolumis domum reverteretur:
licet non pauci contradicerent, & in senatu Principum diu
multumq; de hac *Cæsaris Epistola* disceptaretur neq; deessent,
uti fertur juxta verba *Sleidan. lib. 3.* qui *Constantiensis Concilii*
decretum & vestigia sequuti fidem ei minimè servandam esse di-
cerent: cui tamen sententiæ tum alios, tum *Ludovicum Palati-*
num electorem restitisse vehementer ajunt, quod ad *Germanici*
nominis labem atq; dedecus sempiternum ea res pertineret.

(d) Inter Regalia jus cudendi nummos quoq; annumeratur

6. 117.

7
cuius F. que sunt reg. Regalia vero nemini præter Principem com-
petunt, nisi à Principe specialiter & nominatim alteri sint concessa:
Cui. 19. Obs. 25. Menoch. arb. jud. q. 316. n. 1. Et ideo qui sine ces-
sione ea usurpat, crimen committit læsæ Majestatis. l. 3. ff. h. t. Fas:
in l. 3. ff. d. Jurid. n. 20. Quapropter cum jus monetæ cudendæ sit
regale, Princeps, vel is cui id concessum est imagine sua signat
nummos, Schönborn. lib. 4. c. 30. uti fecit Darius Rex Persarum qui
nummos suos Daricos nominabat, quia imagine sua illos signari
curaverat: Herodot. lib. 4. Sic Imp. Severus sub imagine Albini,
ut fidem ei faceret, quod in consortium Imperij adscitus esset,
nummos cudi iussit. Herodian. lib. 2. in fin: Si itaq; Civitas qua-
dam vel alia habilis persona hoc jus sibi arrogare conatur, quod
tamen nõ habet vel de jure majestatis nec concessionis, (aliud est
falsam monetam cudere lucri causa quod pertinet ad L. Juliam de
falsis, aliud monetam falsam cudere juris regalis acquirendi gra-
tiã, sicut moneta sit boni valoris & ponderis, de quo hic dicimus)
incurrit in hanc speciem criminis læsæ Majestatis, ut Imperator
Justinianus in l. 2. C. d. fals. Monet. dicit: *cujus obnoxij majestatis cri-
men committunt*, & is, qui hoc facit, adulter quoq; nummorum
appellatur ab ipso Justiniano in d. l. cum monetam non jure cu-
dat. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1. lit. e. ibid. Bachov. Hinc Senatus non
poterat Leges nummarias promulgare, nisi consentientibus tri-
bunis, cum populus Majestatem & regalia haberet ut supra satis
dictum: Bodin. p. 26. Quare Commodus etiam Perennium fa-
miliarẽ suum occidi iussit, quia curaverat sine promissione num-
mos suã Imagine signari Herodian. lib. 1. Idem legitur de Rege Per-
sarum Clapm. l. 1. c. 26.

(e) Cum jus Majestatis & illud sit posse liberare damnatos ca-
pite, famã seu corpore, l. 4. in fin. l. 27. in fin. pr. l. 31. de pœn. l. pen. C. de
precib. Imp. vid. Vvesenb. in parat. Ex quib. caus. major. ubi tamen re-
de monet raro & non nisi ex magna causa ad id procedere debe-
re. Bod. lib. 1. c. 10. p. 56. Heig. 2. q. 22. n. 7. Hinc refert Plinius lib. 10.
ad Trajan. Præsides Provinciarum relegatos non potuisse restitu-
ere, nec capite damnatos absolvere, sed solum populum, (ut
exempla sunt in th. 1. lit. e.) & postea Imperatorem: Ideoq; in Prin-
cipem delinquere eum dicimus, qui conabitur confessum & con-

victum propter hoc in vincula coniectum de facto redemerit, juxta
Scaevolam in l. 4. ff. h. r. Item qui confessum in judicio Reum & pro-
pter hoc in vincula coniectum emiseric. Verum Gothofredus in d. l. 4.
hoc affirmari simpliciter posse negat, sed tantum eo casu, ubi
quis convictus est crimine læsæ Majestatis. Sed lex non distinguit;
Ideoq; generali ejus locutioni inhærendum puto donec contra-
rium sufficienter probetur. vid. Joh. Fab. ad §. pœn. Inst. de
action. & ibid. Jason. n. 107.

(f) Majestatis reus fit qui imperium ad tempus concessum
jussu Principis successori tradere non vult, ut indicat Ulpianus in
l. 2. ff. h. r. hisce verbis: *Quive de provincia cum ei successum esset, non
decessit Dec. 7. tr. cr. 5. n. 36.* Idem propterea committit dux belli,
si ad tempus constitutus & præterlapso termino, exercitum suc-
cessori recuset restituere *Marcian. in l. 3. ff. h. r. Quive cum ei in provi-
ncia successum esset, exercitum successori non tradidit Theodr. in coll.
crim. disp. 5. th. 4. lit. g.*

(g) In omni delicto & præcipue in hoc voluntas est perpen-
denda. Ideoq; & hoc in casu voluntatem consideramus. Propte-
rea triplicem casum ponimus; Primum de exercitio carceris: Al-
terum de retentione seu custodia; Tertium de correctione mo-
rum. Primum quod attinet, dicimus eum committere crimen læ-
sæ Majestatis qui carceres privatos exercet per l. un. C. de priv. car-
cer: Adhæc non modo ipse exercens, verum etiam Magistratus,
qui oculis q̄s. conniventibus severitare illum non coercet, in Ma-
jestatem delinquit, uti expresse dicit Imp. Zen. in d. l. un. C. Et qui-
cunq; provincia moderator, majestatis crimen procul dubio incur surus
est, qui cognito hujusmodi scelere læsam non vindicaverit Majestatem.
Majus enim delictum incurrit, qui potestatem coercendi habet,
& non coercet, de quo legendum nobis est in *Ant. de Guev. Epist.
par. 2. p. 69 & seqq.* Alter casus; si forsitan quis in ædibus suis aliquem
in crimine deprehendat & custodiat, donec magistratui manifeste-
tur, huc non pertinet, quia ejusmodi retentio licita est, licet in cri-
mine adulterij spacio zohorarum includatur, nec ulterius retentione
extendere liceat. l. 25. pr. de adul. Farin. q. crim. 27. n. 27. n. 9. Theo-
dor. in coll. crim. disp. 5. th. 4. lib. Tertius casus incidit in Patrem, Do-
minum, consanguineum, qui filium inobedientem, servum fugi-
tivum.

7
tivum, furiosum agnatum vel cognatum castigationis & correptionis causâ certo conclavi inclusit. *l. un. C. de emend. servor. & l. un. C. de emend. propinq. l. 13. §. 1. ff. de Offic. Praef. Goedd. ad l. 234 ff. d. V. S. Boer. decis. 275. n. 3. Schneidev. ad tit. d. Patr. Potest. n. 37. Et hic ultimus casus nihil poenae in se continet, Hic quaestionem movere nobis libet: An nimirum ille, qui in Principem maledictionem fert, crimen hoc committat? Ne n. quis putet, nos loqui de ejusmodi calumnijs, quae concitare seditionem per se possunt, quae etiam referuntur inter modos committendi criminis Majest. *l. n. in fin. ff. h. t.* vel de turbulentis acclamationibus, quibus salus Principis & Reip. periclitatur: *l. 23. §. 3. ff. d. pan.* Dicamus nos loqui de Libellis famosis, in quibus Principis vitia posita sunt. In Horum Libellorum Autores veteres aequè animadvertent ad in Reos criminis Majestatis, uti docet nos Tacitus *ann. 1. 6. 14. lib. 4. c. 5. & Suetonius in August. c. 55. 56. & in Tiber. c. 28.* qui referunt, Augustum & Tiberium caeterosq; Imp. facta, dicta quaeq; levissima in iudicium laesae Majestatis deduxisse: Cujus rei vestigium quoq; habemus in Caracallâ, qui damnavit necavitq; quendam, quod urinâ eo loco, in quo imagines erant Principis reddidisset, *Spartian. in Domit.* Qui omnes extra dubium contra jus, ac Legem expressam fecerunt; cum non modo Modestinus in *l. 7. §. 3. ff. h. t.* dicat jus exigisse, ut ne hoc crimen à iudicibus in occasionem, ob principalis Majestatis venerationem habendum, quam in veritate; nec lubricum linguae facile ad poenam trahatur; Verum etiam ipse Tacitus d. loc. apertè innuit, hanc speciem ad L. Juliam Majest. non pertinere. Sed posteriores Principes magis in aequitatem quam factum, & in clementiam quam severitatem inclinant, ab Augusto, Tiberio caeterisq; recesserunt; quemadmodum ex Trajano & Alexandro in *l. 1. C. h. t.* & apud Plinium in *Panegyric.* constat, qui in d. l. 1. negant crimen hoc maledictis posse committi: Quin immo ex *tor. tit. C. qui Princ. maledix.* patet, quam clementer Imp. cum hujusmodi maledictis agere voluerint: aliud longè facturi, si procacibus dictis suam Majestatem tam valdè laedi credidissent. Sequitur Ergò verba licet acerba in Principem prolata ad hoc crimen non pertinere, *Hieron. Gig. d.**

Crim. les. Maj. qu. 4 Roland. A Vall. cons. in lib. 3. Heig. 2. qu. 31. n. 47. & seq licet gravius puniatur qui Principi maledicit, quam qui privato, arg. c. 1. d. maled. suffragante etiam sacrâ Scripturâ Exod. 21. v. 28. Num. 12. v. 9. & c. 16. v. 30 Theodor. in Colleg. crim. disp. 5. th. 4. lit. k. in fin. Elegans de hac re locus extat apud Adam: Con- tzen in tract. suo de reg: Abissinor: meth. doct. Civil. quem ad- scribere iubet; Si carmina, inquit ibi Johannes Episcopus ad Re- gem suum Abissinum, famosa vel maledicta reperiuntur vel audi- untur, inquirendum quidem in reos, ut puniantur, majore autem cura inquirendum: an quorundam errore lapsive publicis convi- tjijs ansa præbeat. Unicum esse certissimumq; famæ bonæ præsi- dium, si videtur, quod reprehendi potest, agatur, quod laudari de- bet. Nunquam obtrectandi finem fore perseverantibus causis. Famam, si ex vero sit, neâ regibus quidem sisti posse. Esse malum, quod agitando crescat, manare rivos, donec obstruantur fontes. Nunquam defore, qui Regum facta occultè, & possint & velint carpere. Hanc yndictam esse miserorum, per obloquia ulcisci potentes. In maledicos quidem inquirendum, at in maleficos multò severius: quod ab his convitiandi occasio præbeat, illis magna causa sit non tacendi.

THE S I S I V.

Quia in *th. i. lit. b.* duplicem fecimus Majestatem divinam, alte- ram humanam: Hæc si lædatur committitur illud crimen, de quo hæctenus egimus: Illam qui offendit, facinus perpetrat, quod in specie blasphemia appellatur, de quo nunc aliquid dicturi sumus. (a) Committitur hoc crimen à quovis (b) in altissimam Dei Majestatem, (c) verbis (d) aut factis: (e) cujus pæna ultimam hodiè supplicium est. (f)

(a) Hoc sanè crimen longe gravissimum & horribilif- simum & maximè ulciscendum est. Longè enim gravius est æter- nam, quam temporalem offendere majestatem. Auth. Gazaros C. de Hæred. & Manich. Maximè igitur blasphemia Deum mor- talibus invisum facit, ut Regimina tumultu bellico, & totali ruinâ puniat; uti fecit adversus Regnum Judaicum, quod ob blasphemias per Idololatriam factas per Nebucadnezarem dele- vit, populumq; in eo trucidavit, & reliquos superstites ex eo in carce-

7
carcerem Babylonicum coniecit. 2. Reg. 6. 25. interfectore suo & iustum & malum mundum purget; Sic una nocte centum millia & octuaginta quinque militum Senacharib interfecit, 2. Reg. 19. v. 35. cum in Deum criminationes effudisset. 2. Reg. 18. v. 30. & 19. v. 10. 22. 23.annonæ charitatem in Rempt mittat; ita Deus populum Israeliticum multabat temporibus Ahab propter idololatriam, quæ maximè majestatem divinam lædit 1. Reg. 18. v. 1. 2. 5. 18. 22. Deniq; ut Regna rescindat & in alium transferat: quemadmodum præcipua causa divulsioni Regni Israelitici & defectionis decem tribuum fuit idololatria Regis Salomonis. 1. Reg. 11. v. 12. 13. & c. 12. v. 19. 20. Hæc gloriosissimus & religiosissimus Imperator noster Justinianus breviter recenset in Novellâ 77. c. 1. §. 1. Deum, inquit, ad iracundiam blasphemantes provocant: & mox: propter talia delicta, & fames, & terræ motus, & pestilentia fiunt. Si igitur ejusmodi mala hoc delictum gignat, merito manibus pedibusq; laborent Principes, ne impunitum hoc relinquatur: nam si contra homines (uti sunt Principes) factæ blasphemie impunitæ non relinquuntur: multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere, inquit Justinianus in d. novell. c. 1. §. 1. & Antonius de Guevarra in Horolog. princip. lib. 1. c. 18. n. 63. pr. non princeps, inquit, est, sed tyrannus dicendus, qui in propriis injuriis ulciscendis sollicitus, in persequendis iis, quæ Diis factæ sunt, remissus est. Quapropter Imperatores (per quos Dei Majestas vindicatur Justin. lib. 5.) Legem Juliam Majestatis humanæ ex bonâ consequentiâ constitutionibus suis ad crimen Majestatis Divinæ extenderunt, ac publicum hoc quoq; esse voluerunt, ut constat ex l. 4. §. 1. junct. auth. Gazaros. C. de hæret. & maniche & ex Novell. 77. c. 1. §. 2. & 109 c. 1.

(b) Quamquam conditionem personæ cujusdam nos homines ponderamus & in quosdam pro conditione animadvertimus, tamen aliter res se habet coram Deo omnipotente, qui nullius conditione attentat, pro modo delicti, etiam unius omnes punnit, tam Regem quam servum, tam superiorem quam inferiorem, tamq; diademate splendidum quam servili veste indutum. 2. Paral. 19. v. 7. Job 34. v. 19. ad Gallat. 2. c. 6. 1. Pet. 1 v. 17. Unde legimus apud Prophetam Danielem c. 4. Nebucadnezarem abdicatum à Deo

Deo esse ob blasphemias officio suo & throno, ac similem bestijs factum: Sic Deus quoq; Regi Tyrriorum ob idem crimen omnia mala, omnemq; ejus everfionem per Prophetam minatus est *Eze. 28 v. 8.* Ex his igitur non modò, verum etiam ex ratione supra dicta in th. r. sc: quod omnis, qui Principem superiorem recognoscit, lædens eum in crimen majestatis propriè incurrat, concludi potest, nos omnes nemine excluso in Deum quocunq; modo delinquere, quia eum omnes omnino superiorem recognoscimus.

(c) Si Principi, & si Imperatori, si Domino terreno & creato potest attribui majestas: quanto magis Deo creatori qui est dominus dominorum; & Rex Regum; *Deut. 34. v. 27.* Imperatores econtrà Deum superiorem recognoscunt, & quicquid habent, à Deo habent, ut Ethnicus ipse Pytho Atheniensibus eum admirantibus & ad cœlum quasi moventibus, quod Cottin interemisset, respondit, dicens: *Diū habenda est gratia, quibus auctoribus patratum facinus est egregie, manu duntaxat & operâ meâ commodatò accepta. Plat. d. Civil. Instit.*

(d) Ut, si quis malo ex proposito Deo tribuit id, quod Majestati suæ non convenit, vel detrahit, quod ei convenit: *Menoch. lib. 2. arbitr. ju d. q. cent. 4. cas. 375. n. 3. Far. in pra. crim. lib. 1. q. 20. n. 11.* Hoc ita fieri dicitur, si quis dicat Deum esse impotentem, injustum, crudelem, esse insipientem, mortalem & malitiosum, *Far. d. q. 20. n. 11. Coler. p. 1. decis. 172. x. 2. Carpz. in pr. Crim. p. 1. q. 45. n. 17.* Item si quis per sanguinem, passionem, vulnera Jesu Christi & sacrosancta sacramenta Deo maledicat, *Recess. Imp. Anno 1512. tit. Von den Gotteslästerern vnd von den Marter Wunden Jesu Christi lästern.* Quid autem dicendum, si quis beatam virginem Mariam contempserit, illamq; meretricem dixerit; aut cæteris Sanctis maledixerit? Et respondet Damhauderus *in pra. Crim. c. 6. n. 17.* etiam hoc modo crimen Majestatis in Deum committi posse, si sc: in ipsius DEI contemptum fiat; quia DEUS sicut in Sanctis laudari ita in iis vituperari potest.

(f) Mul-

7
(e) Ut si quis panem consecratum calcat, vel stercore obhi-
nit, vel arbori affigit, ad eumq; collimat & collineat; vel si quis vi-
num consecratum humo effundit, & si his similia facit.

(f) Multæ ac diversimodæ pænæ in blasphemantes sunt
constitutæ. Nam jure divino blasphemantes lapidibus opprimen-
bantur: *Levit. 24. v. 13.* jus Canonicum sancivit, ut blasphemus in
septem diebus dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto existat,
ultimo illorum die dominico pallium & calciamenta non ha-
beat, ligatus corrigia circa collum, septemq; præcedentibus sex-
tis ferijs in pane & aquâ jejuret, Ecclesiam nullatenus ingredia-
tur *vid. c. 2. extr. d. maled.* Ex jure Justiniano talem poenam adhi-
bemus: Primò quod debeant illi moneri, ut abstineant à blasphe-
mijs, post non desistentes castigatione affligi, deniq; si nec hac me-
liores facti sunt, mortis poena damnari: *Nov. 77 c. precipimus* in
reformatione Ordinat. Polit. Anno 1495. sancitum fuit à Maxi-
miliano. r. ut pecuniariâ poenâ blasphemantes plecterentur sub-
tit. *Königliche Schatzung von den Gotteslästerern* vers. nemlich
von solches. Quam etiam Pataviū Magistratum in usu observa-
re, narrat Menochius, *de arbi. jud. cas. 375. n. 35.* Hanc tamen con-
stitutionem novissimè mutavit Carolus V. in poenam capita-
lem, vel pro qualitate delicti præcisionem membrorum, vel rele-
gationem Recess, Anno 1530. v. von Gotteslästerung vnd Gottes
Schwüren / vers. darauff ordnen vnd sehen Wir. & Anno 1532. art.
106. & Anno 1548. sub tit. Von Gotteslästerern / vers. nemlich
so jemandes quas constitutiones hac in parte Hispanos, Gallos,
Italos, in observantiâ habere testatur Julius Clarus *lib. 5. sent. 5.*
blasphemia. n. 3. Damhauderus *in pr. crim. c. 61. n. 32.* & Carpzovius:
in pr. crim. p. 1. q. 45. n. 4. Præterea Dux Saxonie Mauritius Caroli
V. sanctionem approbavit, & in terris suis observari jussit in Or-
dinat. Provinc. Anno 1550. tit. von Gotteslästern / Fluchen vnd
schweren. Et Augustus Dux Saxonie in Ordinat. Provinc. Anno
1555. qui simul mutilationem membrorum, cujus fit mentio in
d. Con

d. Confit. Caroli V. & ordinat. Pröv. Mauritiij per absciffionem lin-
guæ explicat. & interpretatur, juxta vulgatum illud: Sap. II. v. 17.
Per quod qui peccat, per idem punitur & idem.
Bert. p. 4. concl. 1. n. 49. & feqq. Schulh in fynops. Inftit. de publ. ju-
dic. lit. d.


Tantum.

SOLI DEO GLORIA.

Commissa vel omiffa.

- Tb. 1. lit. a. lin. 19. leg. horatia. lin. 28. lege in vita à suis. lit. e. lin.
17. leg. crudeltate. lin. 47. leg. Oligarchiam. lin. 139.
leg. Moguntinum. lit. g. lin. 1. leg. Soluntatem.
- Tb. 2. lit. a. lin. 8. leg. defuetudinem. lit. c. lin. 49. leg. Venuste. lin.
80. leg. Sat. lin. 115. leg. ut lit. e. lin. 90. leg. utrosq. lit. b. lin.
5. leg. effigies affigitur. lin. 42. leg. infiruerent. lin. 58. leg.
jubes.
- Tb. 3. lit. b. lin. 12. leg. nostrum. lit. c. lin. 10. leg. incurrat. lin. 66.
leg. ca. lin. 8. leg. ipfis. lit. g. lin. 10. leg. redimere. lit. g. lin.
39. leg. reddidisse.





AD DN. RESPONDENTEM.

STrenue Musarum cultor, Themidisq; vö-
luptas,
MI MULLERE, tuam satagis diffundere
famam,

Dum MAJESTATIS LÆSÆ de CRIMINE scribis,
Res præclara quidem: Sed quid? peccatane
nomen

Illustrare queunt? Tu tractas crimen, ut æquus
Expendit vitium judex, noxasq; sub almæ
Justitiæ normam revocat, nec læditur ipsis,
Ceusalamãdra potens, & nullis subdita flammis
Vulcano sese sine damno miscet: iniquum
Non aliter versas. Nec te tractatio lædit
Criminis; at plausũ potius, laudemq; meretur.
Gratulor ergo, tuos D O M I N U S beet, atq; se-
cundet

Conatus; contende modò servire Camoenis,
Perge vacare Dæ, quæ justimater, & æqui
Dicitur; excelso pensabit honore labores,
Æternũmq; Tibi florentia ferta parabit.

Scrib.

PRÆSES.

G 2

PRÆ-

PRÆSTANTISSIMO
DN. RESPONDENTI

Commensali percharo.

Quid iuvat immensi Digesta evolvere Juris
Dum viget ingenium firmus adestq; calor?
Ni tale, Astræ miles fortissime prodas
Quemlibet ad pugnam non sine laude vocans,
In pretio esse tibi patet hinc, præstare vigore
Ingeni, ac famâ nominibusq; fru.
Te iuvat assidue duro invigilasse labori,
Ut satis his thesibus testificare tuis.
Pergito: decernent hoc præmia digna labore
Et patriæ proceres, & Themis alma tibi.

Apponebat

Optimis ausis feliciter apprecatus

JOHAN. GETEL. D.

Præstantiß, Dn. RESPONDENTI.

Pervolat heu terras duro Bellona flagello,
Et pectus innumeros datq; deditq; viros.
Crudelis comedit Mavors & devorat urbes,
Evertitq; domos, funditus, atq; Scholas.
Arma silent inter leges, laudantur & algent.
Artes, nullo sunt in pretio studia,
Tu tamen, è multis, immotus stasq; manesq;
Casibus & tantis nescis, amice, premi.
Excellens tua te Virtus exercet, & instat,
Ut pergas studijs invigilare tuis.

Hinc

Hinc reor, & si quid veri mens augurat, ajo:
Te fore, dum perges, nobilem in arte Virum.

f.
Joachim Lüchow D.

Ad Virum

PRÆSTANTISSIMUM

DN, FRIDERICUM MULLERUM

Berlinensem,

Civem atq; Affinem suum dilectissimum.

MÜLLERE, nostrarum recens Athenarum,

Sed dulce, sed rarum decus juventutis;

Seu fulminantis Tullij ora miraris,

Moresve Crispi candidos & antiquos,

Rufumq; nil quicquam suo imparem Regi;

Seu juris abditos sinus latebrasq;

Et quicquid acri non sit in vium curæ,

Feliciores sectatus omne vestigas:

Quæcumq; Te domum beata lux ducat,

Sic ipse saluus, patriaq; sis nostræ,

Ut æquioris judici almus assertor,

Quod publicæ jam publicum occupas liti,

Idem in foro sis, qui schola recens stabas,

Locusve transversam nihil trahat mentem.

Finito eodem, quam potes, gradu rixam,

Nec mitte in annos: Hoc malo supra Martem

Nostra obsidetur patria, & male hoc audit.

G 3

Inju-

Injuriarum si tenetur ex æquo,
Quas debet ac potest, nisi arceat civis,
Quid iudici, quocunq̄, sit loco, fiet,
Calumniantium duci patronoq̄?
Summi, infimi parent Deo: Ille penarum
Rite expetet seriem, cuiq̄, severus.
Hunc litigaturus memento adorare,
Quem disputans vocas decenter in partes,
Pariq̄, successu breves cadent hora,
Quis nunc secas inexplicabiles nodos.

JOH. RAUE Eloq̄
Prof. P.

NAmque & ego MULLERE tuum collaudo la-
borem,
Quando dies junctos noctibus ardor habet.
Sive per oceanum Titan nitidissimus exit,
Sive idem sese mergit in oceanum.
Gratia non libris facta est, non impiger horam
Expectas studijs, præripuisse juvat.
Experrectus enim gaudes præcedere Phœbum,
Tempora & auroræ tu prior ipse citas.
Non ergo ingenij dotes sub divite censu
Et sic aggestas miror amicus opes;
Hora erit, ut capiti meritos congrater honores
Quos celsa primo tempore fronte geres.

M. CHRISTIANUS RAUE
Berlincnsis.

Ter

7
T Er felix sua cui carina ventis
Sævis non penitus jacet vibrata :
Quem non Scylla rapax, minaxve
De fixo rapuit gradu Charybdis.
Verum cui ratio modusq; vitam
Fingendi satis, acriterq; virtus
Excellens animum excitat vigentem.
Hinc, MULLERE, facis decenter optans
Famam ac nomen habere Virtuosi:
Ceu dirum scelus & nefas piandum
Torpor desidia fluensq; luxus
Vitantur tibi: quò tuos labores
Curas atq; casus, tot in procellis
Et tantis hominum, haud feras iniquâ
Mente, & quò melioris ad quietem
Vita annos referas per omne liber.
Quare semoveas, ab instituto
Quod te flexerit, & quod inchoatum
Dudum, perficias, fiet ut voluptas
Tantò gratior, otioq; certo
Supra omnes potiare pro labore.

Commensali suo

L. M. Q.


faciebat

GEORGIUS LEVERICUS,
Brunsvicensis.





the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 re, sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 dem familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 Anno 1615. vagabundus quidam homo co-
 quelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 jactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 cipalibus, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 sis, anno 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 dam, ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 a poenam temporalis relegationis in-
 curavit. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
sequenti num. 41. adducit exem-
plum assumpto nomine Advocati cujus-
dam publicè jactaverat, quem postea
Senatus virgis coedi, & exilio
condemnavit & huc exempla relata a Valers

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nentem suam mutat, & se pro alio suppo-
 nit, ut apud Historicos aliosq; scripto-
 rum inter quae notissimum est illud Plau-
 ti in forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut è bello rever-
 sus concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4